DE CHARONE LAMPSACENO EIUSQUE FRAGMENTIS COMMENTATIO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ET CONSENSU

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

VRATISLAVIENSI

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXIV MENSIS SEPTEMBRIS ANNI MDCCCLXXX

HORA DUODECIMA

IN

AULA LEOPOLDINA

PUBLICE DEFENDET

FRANCISCUS JOSEPHUS NEUMANN,

E COMITATU GLACENSI.

ADVERSARIORUM PARTIBUS FUNGENTUR:

PAULUS DAMAS, DR. PHIL.

RICARDUS BOEHNISCH, CAND. PHIL.

VRATISLAVIAE.

IMPRESSIT A. NEUMANN.

Argumentum.

Χαλεπὸν γὰρ ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα τὰ δὲ κακῶς κρίναντα τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα. Galen. de comp. med. s. l. lib. II. Tom. 2 ed. Basil. pag 177, 10.

§ 1.

De Charonis Lampsaceni aetate ac vita et veterum et recentiorum testimonia examinantur.

Dionysius Halicarnassensis in libro, qui inscribitur iudicium de Thucydidis historiis [1]), Charonem Lampsacenum in numerum eorum dicit referendum esse rerum scriptorum, qui ante bellum Peloponnesiacum floruerint quique *πρεςβύτεροι* vel *ἀρχαῖοι* appellandi sint; idem Halicarnasseus alio loco [2]) Charonem Herodoto priorem fuisse affirmat, neque aliter Plutarchus [3]) in libello, qui est de malignitate Herodoti, et Tertullianus [4]) nobis aetatem Lampsaceni descripserunt, qui illum Herodoto priorem fuisse memoriae tradiderunt. Sed cum variae doctissimorum virorum controversiae extent de aetate Charonis, ita nobis instituenda erit propositi nostri explanatio, ut primum accuratius in ea inquiramus, quae de Charonis aetate et scriptis veterum testimoniis firmata habemus, deinde, ut prolatas eorum, qui hanc rem iam effusius tractarunt, sententias examinemus, denique, ut quae nobis explorata et certa esse videntur, i. e. nostrum iudicium de aetate et scriptis Lampsaceni, ea in medium proferamus.

Atque primum quidem Suidam lexicographum consulamus, qui haec de Charone tradidit: [5]) „*Χάρων Λαμψακηνός, υἱὸς*

1) vol. VI, pag. 817 ed. Reiske.
2) Epistula ad Cn. Pomp. de Platone vol. VI, pag. 769 ed. Reiske.
3) Moralia IV, 1. cap. XX ed. D. Wyttenbach.
4) de anima cap. 46.
5) s. v. *Χάρων*.

Πυθοκλέους, γενόμενος κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον οθ′ ὀλυμπιάδι· μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατὰ τὴν οε′ ὀλυμπιάδα, ἱστορικός· ἔγραψεν Αἰθιοπικά· Περσικὰ ἐν βιβλίοις β′· Ἑλληνικὰ ἐν βιβλίοις δ′· περὶ Λαμψάκου β′· Λιβυκά· Ὅρους Λαμψακηνῶν ἐν βιβλίοις δ′· Πρυτάνεις ἢ ἄρχοντας, τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ἔστι δὲ χρονικά. Κτίσεις πόλεων ἐν βιβλίοις β′· Κρητικὰ ἐν βιβλίοις γ′· λέγει δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ Μίνωος τεθέντας νόμους· Περίπλουν τὸν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.“

Jam ad singula progrediamur; Suida teste Charon Lampsacenus Darii primi temporibus floruit, si Graecam vocem *γενόμενος* cum Creuzero [6]) ita accipimus, ut hoc loco significationem non tam nascendi quam vivendi et florendi habeat. Regnavit autem Darius Hystaspis filius inde ab anno quingentesimo vigesimo primo usque ad quadringentesimum octogesimum quintum, vel ab olympiade LXIV, 4 usque ad olympiadem LXXIII, 4. Vehementer igitur errat Suidas dicens, Charonem Dario regnante olympiade *οθ′* i. e. LXXIX floruisse, quippe cum Darium primum mortuum esse iam olympiadis LXXIII anno quarto pro certo habeamus. [7]) Quare cum haec Suidae verba explicari nequeant, haud dubium est, quin olympiadum computatio corrupta sit vel longo temporum intervallo vel librariorum mendo, nisi Suidam ipsum accusare temptamus, ita ut eius auctoritati hoc loco minus fidem habeamus, quod saepe testis probatus ac firmus adhiberi non potest. Attamen cavendum est, neo ffendamus lexicographum, si locum de Charonis aetate et scriptis eius culpa mutilatum esse contendimus; nam non est cur negemus, olympiadum significationem a Suida recte scripto signatam posterioribus demum tempestatibus corruptam esse in *οθ′* olympiadem, cum Suidam nescivisse Darii regnandi tempus dementis sit contendere.

Sine dubio duplex est lexicographi de aetate Lampsaceni sententia, altera illa: *γενόμενος κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον οθ′ ὀλυμπιάδι,* quam ex antiquissimis fortasse fontibus haustam memoriae mandat sane cum magno rerum conexus incommodo, si numerum olympiadum *οθ′* a Suida scriptum esse dicimus; altera ea: *μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατὰ τὴν οε′ ὀλυμπιάδα,* quam ipse profert suam et melius probatam quam-

6) Historicorum Graecorum antiquissimorum fragmenta colleg. emend. explic. Frid. Creuzer. Heidelbergae 1806, pag. 89., de formarum verbalium *γέγονε γεγονώς γενόμενος* etc. significatione cf. Erw. Rohde: *γέγονε* in den Biographica des Suidas Mus. rhenan. nov. XXXIII, pag. 161, sq; 638 sq. XXXIV, pag. 620 sq.

7) Cf. Clinton: Fasti Hellenici II append. cap. V ed. Krueger.

que priori sententiae praeponere videtur. Quid ergo faciamus Suidae loco? Tota nostra interpretatio in eo posita est, ut locum lexicographi non tam ad verba quam ad sensum explicemus. In priore a Suida prolata sententia haeremus in voce *γενόμενος*; etsi medelam adhibemus corruptis verbis *οϑ' ὀλυμπιάδι*, tamen in suspenso est, utrum *γενόμενος* pro natus an pro floruit scriptum sit. Sane equidem audacter coniiciendo et artificiose torteque interpretando locum ita mutandum esse, ut quadret, negarim, cum mihi persuasum sit, in notandis antiquissimis historicis, penes quos historicae artis, ut ita dicam, incunabula sunt, Suidae perdifficile fuisse, quae de iis tradita erant incongrua et a fide historica abhorrentia quaeque per aetatem Alexandrinam et Byzantinam saepius compilando et excerpendo iniuria temporum et hominum stultitia plane depravata et mutilata erant, ea omnia e ruderum strage literaria colligere et discernere et, quae vera et verisimilia erant, ea posteris tradere. In quibus digerendis et dinoscendis Suidam propter rerum antiquarum priscam vetustatem summam diligentiam et operam adhibuisse res ipsa clamare videtur. Propterea ego verbis Muelleri, [8]) Suidam omni ingenii acumine destitutum fuisse in eo, quod de Charone nobis tradiderit, minime assentior; nam si Muellerus dicit in antiquitate diversos temporum calculos adhibitos esse sed nondum satis exploratos, nonne concludere debemus, a Suida in verbis *γενόμενος* etc. aliam olympiadum rationem chronologicam traditam esse, quam in antiquissimis illis fontibus usurpatam invenit et memoriae integre mandavit? Quod si probari possit, sane lexicographo opprobrio sit vertendum, quod, quam olympiadum computationem secutus sit, non tradiderit; at eum destitutum fuisse omni ingenii acumine arrogantis est contendere quippe cum verbis *μᾶλλον δὲ ἦν* etc. firmatum sit, Suidam optime instructum fuisse de aetate Lampsaceni. Equidem non video, cur diffidamus Suidae praesertim in iis, quae ab eo de antiquissimis historicis tradita sunt, de quibus alia testimonia non extant. Quod ad auctoritatem et fidem lexicographi attinet consulendi sunt C. Wachsmuth: de fontibus ex quibus Suidas in scriptor. Graecorum vitis hauserit in: Symbola philol. Bonn. I pag. 137 sq. D. Volkmann: de Suidae biographicis quaestiones selectae Bonnae 1861; de Suid. biogr. quaest. alterae in Symb. philol. Bonn. II pag. 717 sq.; de Suidae biogr. quaest. novae Progr. schol. Portens. 1873 (cuius inspi-

---

[8]) Fragmenta Historicorum Graecorum. coll. disp. not. et proleg. illustr. Carolus Muellerus Parisiis 1841. vol. I pag. XVII.

ciendi potestas mihi non oblata est.) A. Daub: de Suidae biographicorum origine et fide Lipsiae 1880. praeterea Nauck in mélanges Grécs-Romains IV. 234 sq.

Venio nunc ad gravissimum antiquitatis auctorem Dionysium Halicarnassensem, qui duobus locis Charonis mentionem fecit. Priore loco haec tradidit [9]) „*Μέλλων δὲ ἄρχεσθαι τῆς περὶ Θουκυδίδου γραφῆς ὀλίγα βούλομαι περὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων εἰπεῖν, τῶν τε πρεσβυτέρων καὶ τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἀκμασάντων ἐκείνῳ χρόνους. ἐξ ὧν ἔσται καταφανὴς ἥ τε προαίρεσις, τοῦ ἀνδρός, ᾗ χρησάμενος διήλλαξε τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ ἡ δύναμις. ἀρχαῖοι μὲν οὖν συγγραφεῖς πολλοὶ καὶ κατὰ πολλοὺς τόπους ἐγένοντο πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου· ἐν οἷς ἐστι Εὐγέων τε ὁ Σάμιος, καὶ Δηίοχος ὁ Προικοννήσιος, καὶ Εὔδημος ὁ Πάριος, καὶ Δημοκλῆς ὁ Φυγελεύς, καὶ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος, ὅ τε Ἀργεῖος Ἀκουσίλαος, καὶ ὁ Λαμψακηνὸς Χάρων καὶ ὁ Χαλκεδόνιος Ἀμελησαγόρας·* [10]) *ὀλίγῳ δὲ πρεσβύτεροι τῶν Πελοποννησιακῶν καὶ μέχρι τῆς Θουκυδίδου παρεκτείναντες ἡλικίας Ἑλλάνικος τε ὁ Λέσβιος, καὶ Δαμάστης ὁ Σιγεύς, καὶ Ξενομήδης ὁ Χῖος, καὶ Ξάνθος ὁ Λυδὸς* [11]) *καὶ ἄλλοι συχνοί.*“

Vult igitur Dionysius pauca de reliquis historicis dicere ac deinde de Thucydide ipso, cui totus libellus dicatus est, accuratius et effusius disserere. Duplicem, ait, esse ordinem rerum scriptorum, qui ante Thucydidem vixerint. Primum enumerat vetustissimos illos *πρεσβυτέρους*, qui multo ante belli Peloponnesii et Thucydidis tempora floruerint; inter hos *ἀρχαίους* referendos esse Eugeonem Samium, Deiochum Proconnesium, Eudemum Parium, Democlem Phygalensem, Hecataeum Milesium, Acusilaum Argivum, Charonem Lampsacenum, Amelesagoram Chalcedonium. Qui autem paulo ante initium belli Peloponnesii fuerint in historiis condendis occupati quique vitam eodem perduxerint, quo Thucydides vel una cum eo floruerint, eorum numero adsignandos esse Hellanicum Lesbium, Damasten Sigeensem, Xenomedem Chium, Xanthum Lydum. Docemur igitur his Dionysii verbis Charonem iam ante Thucydidis et belli Peloponnesii tempora non una cum Thucydide floruisse, si quod nemo dubitat, verba *ἐγένοντο πρὸ*

---

9) Jud. de Thuc. cap. 5 pag. 817 ed. Reiske.

10) De Eugeone cf. Fr H. Gr. II, 16; de Deiocho II, 17; Eudemo II, 20a; Democle II, 206; Hecat. I, 1 et Add. IV, 623, 627; Acusil. I, 100 et Add. IV, 624; Char. I, 32 et Add. IV, 627; Ameles. II, 21.

11) De Hellanico cf. F. H. Gr. I, 45; Dam. II, 64; Xenom. II, 43; Xantho I, 36. et Add. IV, 623, 628.

τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου interpretamur: erant, vivebant, florebant. Alter locus Dionysii scriptus est in epistula ad Cn. Pompeium de Platone:[12]) „*Οὐ μὴν Ἡρόδοτος γε τοῦτ' ἐποίησεν, ἀλλὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν προεκδεδωκότων οὐκ ἀπετράπετο ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν ὅπερ καὶ πεποίηκεν.* Comparatio igitur facta est inter Herodoti et reliquorum scriptorum artem historicam; in iis autem, qui cum Herodoto ex vetustioribus temporibus ante Herodotum conferuntur, hoc quoque loco Charon in eorum numero est, qui ante Thucydidem et Herodotum historias condiderunt. Tertius de Charonis aetate testis, est Plutarchus Chaeroneensis, qui in libello, cui titulus est *περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας* [13]), ubi sermo est de Pactya, qui a Cyro defecerat ita pergit: „*Καίτοι Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἀνὴρ πρεσβύτερος ἐν τοῖς περὶ Πακτύην λόγοις γενόμενος τοιοῦτον οὐδὲν οὔτε Μιτυληναίοις οὔτε Χίοις ἄγος προστέτριπται.*“ Agitur hoc loco de proditione Mitylenaeorum et Chiorum, qui mercede corrupti Pactyam, qui ad eos confugerat, Cyro tradidisse dicuntur Herodoto teste. Quam narrationem ab Herodoto maligne depravatam esse Plutarchus dicit, cum Charon homo vetustior (scil. Herodoto), qui in Persicis eiusdem rei mentionem fecerit, de Mitylenaeorum et Chiorum ignominiosa proditione nihil tradiderit. Postremo mihi citandus est locus Tertulliani, [14]) qui postquam somnium Astyagis secundum narrationem Herodoteam explicavit, hoc quoque somnium memoratum esse dicit apud Charonem Lampsacenum Herodoto priorem; sequitur ergo etiam e Plutarchi et Tertulliani locis, ut Charonem aetate priorem fuisse statuamus Herodoto.

His quae iam disputavi, intellectum puto, Charonem natu maiorem fuisse, quam Herodotum sed reliquum est, ut, quoad fieri potest, annum eius natalem constituam, ut quo tempore historicus florere coeperit, quoad vixerit, doceam. Quare ad Suidae locum revertor, qui solus nobis accuratius aetatem Lampsaceni descripsit, atque quod iam dixi, lexicographi locum, sicuti traditum est, intellegi non posse, ad doctas doctissimorum virorum transeo interpretationes, quibus huic loco mederi voluerunt. Quorum primus est Sevinius [15]), qui Darii nomen,

12) pag. 769 ed. Reiske.
13) cap. XX. ed. D. Wyttenbach.
14) cf. not. 4.
15) Recherches sur la vie et sur les ouvrages de Charon de Lampsaque par M. l'abbé Sévin 13 Fevrier 1739 pag. 58—74 in: Histoire de l'Académie royale des inscriptions et belles lettres. Tome quatorzième Paris 1743.

quod stultitia hominis cuiusdam insertum sit, omittendum esse proposuit [16]), sed abhorreo ab hac interpretandi ratione, quod Darii nomine deleto, quid verba γενόμενος οϑ' ὀλυμπιάδι· μᾶλλον δὲ ἦν κτέ. sibi velint, non video, neque illorum sententiae adstipulari possum, qui pro Darii nomine Artaxerxis nomen substituendum esse arbitrantur. Facilius enim duas literas in exprimendo olympiadum annorum numero mutari vel corrumpi posse quam Darii et Artaxerxis nomina, nemo non videt.

Firmissima, qua loci pravitatem tollere vult, videtur mihi esse primo obtuto Creuzeri ratio [17]), quoad pertinet ad corruptum olympiadum numerum emendandum. Dicit enim olympiadum significationem οϑ' mutandam esse in ξϑ', i. e. in ol. LXIX, et vocem γενόμενος explicandam esse pro qui floruit, non qui natus est, qui sensus sane in hoc verbo haud raro reperitur et verisimilis fit verbis sequentibus μᾶλλον δὲ ἦν, ubi vox ἦν idem valet atque erat, vivebat, florebat (Darii primi temporibus· κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον) Vult igitur Creuzerus doctissima interpretatione sua probare, Charonem ol. LXIX i. e. anno quingentesimo quarto a. Chr. n. iam floruisse, quae quidem sententia cur caduca sit, iam paucis monstrabo. Creuzerus ipse in definienda aetate Lampsaceni in partes vocat Hecataeum Milesium, quem natum esse cum Larcherio [18]) consentit ol. LVII, 4, vel anno 549 a. Chr. n. Si igitur statuimus cum Creuzero, Hecataeum circiter triginta annos natu maiorem fuisse Charone, Charonis autem annum natalem incidisse in ol. LXV, qui est annus quingentesimus vicesimus a. Chr. n. vox γενόμενος hoc loco florendi significationem non habet, quippe cum Lampsacenum admodum iuvenem sedecim annorum res gestas descripsisse et historicum floruisse incredibile sit. Si Περσικά spectas, si Ἑλληνικά si ὤρους Λαμψακηνῶν, nonne iure contendere debemus, Charonem et in colligendis et in digerendis et in perpoliendis rebus gestis permultum temporis consumpsisse? quare eum ante vicesimum quintum vel tricesimum aetatis annum historicum florere coepisse negandum est. Et quod ad tempus operum conditorum attinet, non prius in Hellenicis et Persicis conscribendis occupatus esse potuit, quam debellatum esset, quo quidem tempore Charon quadragesimum iam aetatis annum

---

16) Sevinii verba: „Le nom de Darius placé la si mal à propos est ou une faute de copiste ou une négligence du compilateur homme sans goût, sans critique et sans discernement.“

17) Hist. Gr. ant. fr. pag. 89.

18) ibid. pag. 4. cf. not. 22. · Hist. d'Herod. Tom. II, 486.

transgressus erat, si eum natum esse anno 520 cum Creuzero dicimus. Neque quod Creuzerus dicit, Lampsacenum iam florere coepisse anno 504 concedi posse mihi videtur; Lampsacenus illustris maxime fieri potuit non tam componendis Lampsacenorum annalibus reliquisque scriptis ei vulgo tributis, quam depingendis Graecorum et Persarum rebus gestis.

Alterum quoque extat Dahlmanni iudicium sagacissimum de aetate Charonis in libro cui titulus est: „Herodotos, aus seinem Buche sein Leben". Verba eius haec sunt gravissima [19]: „Was aber den Charon von Lampsakus betrifft, so mag der gern älter an Jahren als Herodot und ebenfalls älterer Schriftsteller gewesen sein, man braucht ihn zu dem Ende gar nicht so hoch hinaufzurücken, als man pflegt um der Vorlesung in Olympia willen, die auf alles das zurückgewirkt haben mag; et sub finem paragraphi: „Durchaus willkürlich gab Larcher dem Charon dasselbe Geburtsjahr mit dem Herodot, aber auch Creuzers Bemühen ihm einen Platz zwischen Hekatäus und Herodot auszumitteln stammt aus der hergebrachten Annahme von der so frühen Abfassung des Herodoteischen Werkes, in welchem gleichwohl Charon benutzt sein soll. Darum wird aufgestellt Charon sei 30 Jahre jünger als Hekatäus gewesen und also etwa Ol. 65,1 geboren 520 v. Chr. Aber auch das bestimmte Geburtsjahr des Hekataeus ist eine grundlose Fiktion Larchers."

Vult igitur Dahlmannus probare, Charonem vetustiorem quidem historicum fuisse, sed non natum anno 520 sed post hunc annum. Passowius [20]) Charonem natum facit una cum Xantho Lydo anno 510, Hecataeum 509, quem calculum chronologicum plane perversum esse nemo non intellegit, nam constat inter omnes Hecataeum natu maiorem fuisse quam Charonem quamquam annus natalis utriusque nondum exploratus est. Tertia postremo Suidae loci interpretatio est examinanda, quam debemus viro doctissimo A. de Gutschmid. Negat enim in dissertatione inserta Philologi volumini X, quae est de rerum Aegyptiacarum scriptoribus Graecis, vexatissima illa Suidae verba sanata esse mendo ea, quam adhibuerit Creuzerus coniectura, quod ne minimam quidem veri similitudinem habeat; ipse novam et quidem lenissimam, uti dicit, profert medelam, mutando *οϑ'* in olympiadem *οβ'* i. e. LXXII, 4, qui est annus tricesimus tertius Darii imperii et annus pugnae Marathoniae.

---

19) § 23 pag. 116.
20) Fr. Passow: Grundzüge der griechischen und römischen Literaturgeschichte Berlin 1816 pag. 10.

Quam emendandi rationem verisimillimam esse concedo, cum omnia ad Suidae verba recte explicanda optime quadrent; tempore enim pugnae Marathoniae[21]) Charon Lampsacenus, si annum eius natalem 520 cum Creuzero fuisse consentimus, triginta annos natus ad historiam condendam et patrios annales scribendos aptissimus erat et aetate et iudicio et mentis acumine.

In constituenda aetate Lampsaceni, ut propius accedam ad propositum meum complendum, Larcherii iam promenda mihi est sententia de Charonis anno natali, quem graviter peccasse in Chronologia Herodotea[22]) iam Creuzerus monuit; natum enim esse affirmat Charonem uno eodemque anno quo Herodotum. Pamphila teste Herodotus natus est ol. LXXIV, 1, vel anno 484 a. Chr. n. Dionysius Halicarnassensis dicit Iud. d. Thuc. 5 pag. 820: „γενόμενος (scil. Herodotus) ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν", quae verba optime quadrant in Pamphilae testimonium. Περσικά enim sunt expeditio Xerxis in Graeciam, quae facta est anno 480; verba ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν significant quattuor annis ante quam Xerxes Graecis bellum inferret. Quo anno, si Charon natus esset, quomodo dicere possint Plutarchus et Tertullianus Charonem Herodoto priorem fuisse, quo tandem iure Halicarnassensis auctor Charonem inter ἀρχαίους retulerit, Herodotum autem e Larcherii calculo annis Charoni parem vetustissimis illis historicis non adnumeraverit, mihi quidem non liquet. Porro quod ad verba Dionysii attinet: „τῶν τε πρεσβυτέρων τε καὶ τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἀκμασάντων ἐκείνῳ χρόνους et quae sequuntur παρεκτεῖναι μέχρι τῆς Θουκυδίδου ἡλικίας" non minus ad Herodotum et Charonem quam ad Hellanicum, Damastem, Xanthum historicos referenda essent, id quod Dionysius plane noluit. Nam cum Suidas Damastem Herodoto σύγχρονον appellarit et Hellanicus natus sit Sturzio probante ol. LXXI, 1, Dionysius vehementer errasset nisi Charonem inter eosdem huius ordinis historicos retulisset, utpote qui una cum Thucydide floruerint, qui vitam eodem quo Thucydides extraxerint, qui belli Peloponnesii turbulenta tempora viderint. Quae omnia contradicere veterum testimoniis, cum nemo sit, qui nesciat, Larcherii rationem chronologicam plane perversam omittendam esse res ipsa clamat. Iam vero ultimus locus citari debet Plutarcheus, qui mihi momenti esse videtur ad meam de aetate Charonis sententiam paulo post probandam.

---

21) De anno pugnae Marathoniae vide Astronomische Untersuchungen über die wichtigsten Finsternisse u. s. w. von Dr. Julius Zech.

22) Histoire d'Hérodote traduite du Grec par P. H. Larcher Paris 1802 Tome VII, pag. 643.

Plutarchi vero haec sunt verba:[23]) „*Θουκυδίδης μὲν οὖν καὶ Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστοροῦσι τεθνηκότος Ξέρξου πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῷ Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι τὴν ἔντευξιν. Ἔφορός τε καὶ Δείνων καὶ Κλείταρχος καὶ Ἡρακλείδης ἔτι δ' ἄλλοι πλείονες πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τόν Ξέρξην, τοῖς δὲ χρονικοῖς δοκεῖ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης συμφέρεσθαι καίπερ οὐδ' αὐτοῖς ἀτρέμα συνταττομένοις.* Agitur ergo de fuga illa notissima Themistoclis, cum exul ad Persarum regem proficisci cogeretur. Secundum Charonem, quem Thucydides secutus est, Themistocles sub initio Artaxerxis[24]) regni Susa venit, secundum Ephorum, Dinonem, Clitarchum reliquosque Xerxe adhuc vivo. Xerxi ab Artabane interfecto filius Artaxerxes regno successit; quare cum Themistoclem non ante annum 464, qui est primus annus Artaxerxis regni, potius plures annos post Artaxerxem in regnum constitutum, ad eum confugisse constet necesse est pro certo habeamus, Charonem, cum Themistoclem non ad Xerxem sed Artaxerxem venisse supplicem tradidisset, in historiis scribendis usque ad annum circiter 460 vel etiam ultra hoc temporis spatium occupatum fuisse. Jam quid ipse de aetate atque anno natali Charonis cogitem, pronuntiabo; ego verbis Suidae, quantum fieri potest, immanere volo, quare hoc ego modo lexicographi locum commentatus sum: Suidae verba: *γενόμενος κατὰ τὸν πρῶτον Δαρεῖον οθ' ὀλυμπιάδι* et *μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν κατὰ τὴν οε' ὀλυμπιάδα* sunt distrahenda; verbo *γενόμενος* significatio inest prima ac propria nascendi neque quidquam est causae, cur hanc notionem repudiemus; quare latine ego vertor: natus est Charon Dario primo regnante et corrigo cum Creuzero ξθ' i. e. ol. LXIX qui est annus 504 et natalis Charonis. Hac interpretatione accepta reliqua deinceps quadrant in rerum conexum. Dicitur Charon Herodoto prior; Herodoti aetas ac

23) In vita Themistoclis cap. 27.

24) Themistoclem non ad Xerxem sed ad filium eius, Artaxerxem, suplicem venisse dilucide apparet primum e Thucydidis loco I, 137: *ἐσπέμπει* (scil. *Θεμιστοκλῆς*) *γράμματα εἰς βασιλέα Ἀρταξέρξην τὸν Ξέρξου νεωστὶ βασιλεύοντα*; gravissima haec verba *νεωστὶ βασιλεύοντα*, quia significant Artaxerxem tum temporis in regnum constitutum esse cum Themistocles literas ei misit; deinde Themistocles regem ita allocutus est: *ὅσον χρόνον τὸν σὸν πατέρα ἐπιόντα ἐμοὶ ἀνάγκη ἠμυνάμην*". „Si quidquam veri est in eo quod de hac epistula a Themistocle ad regem Persarum scripta prodit Thucydides non potuit is ad Xerxem venisse; nam hoc non patiuntur verba illa: *ὅσον χρόνον κ. τ. ἑ.* Thucydidem autem hoc de suo commentum esse non facile cuiquam erit ostendere" Wassei et Bakeri haec sunt verba ad Thucyd. I, 137. C. Nepotis haec in Them. vit. 9, 1: „Ego potissimum Thucydidi credo qui aetate proximus erat etc. is autem ait ad Artaxerxem eum venisse.

natalis annus cognoscitur testimonio Pamphilae perhibentis initio belli Peloponnesiaci annos illum habuisse tres et quinquaginta; lucem ergo adspexit incipiente olympiade LXXIV quattuor annis [25]) ante quam Xerxes Graecis bellum inferret. Tum temporis si Charon natus est anno 504 vicesimum aetatis annum egit, quare dicit Plutarchus et Tertullianus eum Herodoto priorem fuisse. Suidae verba quae sequuntur *μᾶλλον δὲ ἦν ἐπὶ τῶν Περσικῶν* significant, Charonem, qui tempore Xerxis expeditionis in Graeciam viginti quattuor annos natus erat, innotescere coepisse ac per huius belli decursum res gestas collegisse, quas postea in Hellenicis et Persicis composuit. Neque prius ingentes Persarum expeditiones et gloriosissimas Graecorum res gestas depingere digne potuit, quam debellatum esset. Quae res me movit ut contra Creuzeri iudicium natalem annum Charonis in annum 504 incidisse contenderem. Mea sententia Hellenica et Persica scripta sunt non ante fortasse post annum 460 quo tempore Charon, si natus est anno 504, quadragesimum quartum aetatis annum agebat et aptissimus erat ad digerendas et perpoliendas res gestas quas multos per annos sine ordine collegerat. Ad Charonis natalem annum probandum Dionysii locus [26]), quem iam supra citavi, examinandus mihi et corrigendus est. Testatur enim Charonem floruisse ante Thucydidis et belli Peloponnesii tempora una cum multis aliis rerum scriptoribus, quos paulo ante bellum quod Xerxes cum Graecis gessit vel iisdem temporibus floruisse ex eorum operibus et e veterum testimoniis coucludere possumus. Nomino Dionysium Milesium apud Athenaeum falso Samium appellatum, qui *τὰ μετὰ Δαρεῖον* et *Περσικὰ* scripsit et propterea post annum 485 floruit. Dionysius Milesius apud Suidam una cum Hecataeo Milesio citatur; „*Ἑκαταῖος Ἡγησάνδρου Μιλήσιος γέγονε κατὰ τοὺς Δαρείου χρόνους τοῦ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος ὅτε καὶ Διονύσιος*

---

25) Diversam ab hac de Herodoti anno natali sententiam profert A. Schoell in Philol. vol. IX pag. 211 seqq. qui natum facit Herodotum anno 489. Firmissimum mihi videtur esse Pamphilae testimonium de aetate Herodoti apud Gellium Noctt. Att. XV, 23; deinde huc maxime facit Dionysii locus (Iud. d. Thuc. 5 pag. 820 ed R.: *Ὁ δ' Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος γενόμενος ὀλίγῳ πρότερον τῶν Περσικῶν κτἑ.* et Diod. Sicul. II, 32: *Ἡρόδοτος κατὰ Ξέρξην γεγονὼς τοῖς χρόνοις.* Non audiendus est Eusebius qui in Chron. ad Olymp. LXXVIII (468—464) a. Chr. n. haec scribit pag. 168: „*Ἡρόδοτος Ἁλικαρνασσεὺς ἱστοριογράφος ἐγνωρίζετο*“ et Tzetzes qui Euripide minorem facit Herodotum, Euripides vero natus est anno 480. (cf. Herod. ed. alt. vol. IV pag. 400 sq. ed. Baehr. et Rohde Mus. Rhenan. nov. XXXIII pag. 164 sq. not. 2.)

26) cf. not. 9.

ἦν ὁ Μιλήσιος[27]) ἐπὶ τῆς ξε' ὀλυμπιάδος ἱστοριογράφος." Quae verba nos docent Dionysium cum scripserit τὰ μετὰ Δαρεῖον et Persica post Darii tempora vixisse et historias condidisse. Si vero aequalis haberi debet Hecataeo, quem natum esse anno 549 Creuzerus consentit cum Larcherio, mirum est, cur Dionysius Milesius ab auctore Halicarnassensi non in ἀρχαίων numerum receptus sit. Quae cum ita sint facere non possum quin suspicer, apud Dionysium in ἀρχαίων numerum historicorum nomina diversorum temporum conglutinata esse, quorum alteri, artis historicae conditores, iam aetate provecti, priscis illis temporibus Cambysae et Darii ingentem laudem in historiis scribendis sibi pepererant, alteri, iisdem temporibus, quibus illi historici maxime florebant, vel nati demum vel admodum adulescentes, triginta vel quadraginta annis post eandem gloriam assecuti erant. Illis iunioribus quos tamen Halicarnassensis ἀρχαίους appellat Charonem Lampsacenum adscribo neque quidquam nos impedit quominus Hecataeum quamvis una cum Charone citatus sit senioribus illis ἀρχαίοις annumeremus. Videmus igitur Dionysii notitiam de illis antiquissimis historicis tenuissimam fuisse neque eum quidquam amplius investigasse, quod ad aetatem eorum constituendam et dinoscendam memoriae tradere potuerit, quare quamvis locus gravissimus sit tamen penitus examinandus est in discernenda singulorum aetate et caute interpretandus priusquam iustum testimonium citetur. Corroboratur haec mea sententia alio Dionysii loco[28]) quo haec dicit: „Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι πάνυ καὶ ἀπ' αὐτῶν μόνον γιγνωσκόμενοι τῶν ὀνομάτων ποίαν τε λέξιν ἐπετήδευσαν οὐκ ἔχω συμβαλεῖν· οὔτε γὰρ διασώζονται τῶν πλειόνων αἱ γραφαὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οὐθ' αἱ διασωζόμεναι παρὰ πᾶσιν ὡς ἐκείνων οὖσαι τῶν ἀνδρῶν πιστεύονται· ἐν αἷς εἰσιν αἵ τε Κάδμου τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀριστέου τοῦ Προικοννησίου καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις." Haud difficile erit intellectu iam Dionysii temporibus e Charonis quoque operibus nihil fortasse reliquum fuisse, nisi quae nos habemus perpauca fragmenta dispersa per auctores, neque est dubium, quin etiam ceterorum scriptorum exiguam notitiam plerumque amiserimus nisi Dionysius tradidisset nomina eorum; quare cum ipse plura nesciret satis habuit, adumbrasse eorum aetatem dicens eos ante bellum Peloponnesium vixisse. Utcunque res se habet, hoc negari nequit Charonem historicum floruisse praecipue post

---

27) Cf. F. H. Gr. II, 5.
28) pag. 863 ed. Reiske.

bella Persica et vitam produxisse paene usque ad belli Peloponnesii initium [29]) quo quidem tempore senectute impeditus sane iam desierat literis servire. Mortuus autem videtur esse circiter septuaginta quinque annos natus, postquam provectiore demum aetate, i. e. non ante quadragesimum aetatis annum historiae scribendae operam dederat, ut Herodotus et Thucydides, quos eosdem non ante quadragesimum aetatis annum historicam artem exercuisse scimus.

§ 2.

De reliquis Charonibus similibusque rerum scriptorum nominibus brevis explicatio.

Postquam de aetate Lampsaceni veterum testimonia et recentiorum sententias explicavi, pauca mihi priusquam de operibus eius verba faciam, de reliquis Charonibus dicenda sunt, qui idem rerum scriptores cum Lampsaceno commutati sunt, quorumque opera ei subdita esse videntur. Triplex Charonum numerus est, quorum mentio fit apud Suidam et scholiasten Apollonii Rhodii. Primus Charon Carthaginiensis [1]), historicus, descripsit tyrannos, quotquot in Europa et Asia fuerunt, composuit libros quattuor de vitis illustrium virorum et totidem de vitis illustrium feminarum.

Alter est Charon Naucratites [2]) qui sacerdotes Alexandrinos et Aegyptios retulit et quae sub unoquoque eorum facta essent; deinde reges descripsit singularum gentium et alia quaedam de urbe Naucrate et de rebus Aegyptiacis [3]). Utrumque Charonem et Carthaginiensem et Naucratiten in operibus de tyrannis vel regibus mentionem fecisse Alexandri Magni eiusque res gestas attigisse Fabricius [4]) suspicatur, cum Charon Lampsacenus hoc non fecisset, quem ante Alexandrum scripsisse iam praestantissimus Vossius viderit.

---

29) Cf. Muelleri sententiam de aetate Charonis I, pag. XVII.

1) Suidas: „*Χάρων Καρχηδόνιος ἱστορικός. ἔγραψε τυράννους ὅσοι ἐν τῇ Εὐρώπῃ καὶ Ἀσίᾳ γεγόνασι, βίους ἐνδόξων ἀνδρῶν ἐν βιβλίοις δ' βίους ὁμοίως γυναικῶν ἐν δ'*“ cf. Eberti Dissertat. Siculae pag. 90 et F. H. Gr. IV, 360.

2) Suidas s. v.: „*Χάρων Ναυκρατίτης ἱστορικός. Ἱερεῖς τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τὰ ἐπ' ἑκάστου πραχθέντα, βασιλεῖς τοὺς ἐκ παλαιοῦ γεγονότας ἐν ἑκάστῳ ἔθνει καὶ περὶ Ναυκράτεως καὶ ἄλλα τινα περὶ Αἰγύπτου.*“ cf. F. H. Gr. IV, 360 et III, 495 not.

3) Eudocia in Viol. pag 435 haec habet notata de Charone Naucratita: „*ἱστορίαν περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἱερέων καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτῶν καὶ περὶ τῶν ἐπὶ ἑκάστου πραχθέντων περὶ βασιλέων ἐκ παλαιοῦ γεγονότων.*“

4) biblioth. III pag. 38. Notata eius de Charone Lampsaceno vid. II, 353.

Tertius est Charon iunior, qui tempore Ptolemaei Euergetae vixit et familiaris sui Apollonii Rhodii Argonautica explicavit, quoad ad historiam pertinerent. De hoc Charone Schol. Apoll. dicit II, 1054: „Στυμφαλίδες λέγονται περὶ αὐτὴν (τὴν Στυμφαλίδα λίμνην) ὄρνιθες ἃς πλωΐδας εἶπεν Ἀπολλώνιος. Οὕτως δὲ αὐτὰς ὀνομάζει καὶ Σέλευκος [5]) καὶ Χάρων αὐτοῦ τοῦ Ἀπολλωνίου γνώριμος ἐν τῷ περὶ ἱστοριῶν τοῦ Ἀπολλωνίου." Eundem significare voluit me quidem iudice scholiasta II, 2. „Χάρων δέ φησιν καὶ τὴν Λαμψακηνῶν χώραν πρότερον Βεβρυκίαν καλεῖσθαι ἀπὸ τῶν κατοικησάντων αὐτὴν Βεβρύκων, τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἠφάνισται διὰ τοὺς γενομένους πολέμους." Quae verba pertinent non ad Apollonii familiarem sed ad Charonem Lampsacenum. Porro confusus est Charon iunior cum Lampsaceno a Lilio Gregorio Gyraldo Ferrariensi, qui in dialogis de poetarum historia [6]) haec scripsit: „Apollonio poetae familiaris fuisse perhibetur Charon Lampsacenus historiarum scriptor, qui ex ipsius Apollonii poematis historias collegit, quas citatas identidem apud scriptores Graecos legimus". Jonsius in opere, cui titulus est de scriptoribus historiae philosophicae [7]), Charonem iuniorem et Carthaginiensem unum eundemque esse suspicatur et Carthaginiensis opera adscribit Naucratitae. Vossius in celeberrimo opere, quod inscribitur, de Historicis Graecis, Charonem iuniorem et Naucratiten unum eundempue esse contendere videtur dicens: „an autem hic (scil. Charon iunior) non sit Charon Naucratites de quo ex Suida alibi agimus ex aliis discere malo, mihi quidem non liquet." Porro Charonem Carthaginiensem commutatum esse refert Jonsius cum Charonda Catanensi ab Alexandro Neapolitano, qui libro VI dier. gen. cap. 10 Charonda „ait" Carthaginiensibus leges dedit; at legendum esse Catanensibus, qui a Charonda celeberrimo legislatore leges acceperant. Eodem modo Marsilium Ficinum in argumento Minois Platonici et Coelium Rhodiginum libro XVIII antiqu. lect. cap. 19 errasse et corrigendos esse idem Jonsius monet.

Atque ut reliquorum nominum mentionem faciam, quae propter pronuntiationis similitudinem cum Charonis nomine confundi poterant, Characem illum Pergamenum [8]) sacerdotem et philosophum adduco, qui Graecarum historiarum libros

---

[5]) Seleucus grammaticus floruit non ante Augusti tempora; opera eius sunt βίοι, περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων, σύμμικτα aliaque; vid. F. H. Gr. II, 500 et Suid. s. v.

[6]) III, 154 E.

[7]) II, 7, 4.

[8]) cf. Suid. s. v. et F. H. Gr. III, 636.

quadraginta condidit, quorum in secundo Augusti Caesaris memoria celebratur. *ὡς πάλαι γενομένου* et item Neronis et eorum qui ei regno succedebant. Simpliciter appellantur hi Graecarum historiarum libri *Ἑλληνικά*; quare Lampsaceni *Ἑλληνικὰ* cum Characis Pergameni propter auctorum nominum similitudinem confundi posse nemo non videbit quamquam Pergamenum multo post Augusti tempora vixisse constat. Secundum Hellenicorum librum citatum legimus apud Stephanum Byzantium s. v. *Ἀδράστεια* et *Ταίναρος*. Scripsit deinde ut Lampsacenus *Χρονικά*, quorum alterum memorat idem Stephanus s. v. *ἀγρίαι*. In hunc Characem epigramma antiquum legitur apud Suidam in quo Pergamenus vocatur. Mentio quoque fit Characis apud Lilium Gyraldum qui in dial. de poetar. historia [9]) Characem Graecae historiae scriptorem et historicum Lampsacenum falso dicit [10]); sine dubio ei obversabatur Charon Lampsacenus. Sed alter quoque Charax grammaticus a Charace historico distinguitur cuius Etymol. Magni auctor meminit s. v. *εἶπον*: *ἰστέον ὅτι λέγει ὁ γραμματικὸς Ἰωάννης ὁ Χάραξ*. Confundi posse Creuzerus monet cum Lampsaceno Chaeream [11]) quoque historicum, quem memoratum videmus apud Polybium [12]) his verbis: *πρὸσ μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραφέων, οἷα γράφει Χαιρέας καὶ Σώσιλος, οὐδὲν ἂν δέοι πλέον λέγειν, οὐ γὰρ ἱστορίας ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμου λαλιᾶς ἔμοιγε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν*. Quamquam summae ignorantiae esset Chaeream nugatorem et futilem rerum scriptorem alibi non citatum cum nobili et celeberrimo Lampsaceno commutare, tamen non minus nomen eius Charoni Lampsaceno supponi potuit quam nomen Charetis Mitylenaei qui Alexandri Magni res gestas scripsit, qui in Athenaei libris citatur, qui in Plutarchi Alexandro cap. 46 et 54. *εἰσαγγελεὺς* vocatur, quod aditum petentes introducebat ad regem; item citatur a Plinio identidem in indice auctorum historiae naturalis et a Gellio V, 2. Quin etiam Lacedaemonium quendam Chaeronem, quem Polybius legatum Romam venisse exhibet, ut Spartanorum exulum causam ageret, confundi potuisse Creuzerus monet cum nostro Lampsaceno, quippe cum eius nomen in Polybii codicibus male traditum et mutatum sit in Charon; e contrario in Dionysii Halicarnassensis epistula ad Cn. Pompeium Charonis Lampsaceni nomen mutilatum esse in *Χαίρων* et

---

9) II pag. 98 E.
10) II pag. 90 D.
11) cf. F. H. Gr. III, pag. 99.
12) III, 20, 5.

apud Eudociam in Violario pag. 436 quo loco Charonis Naucratitae mentio fit eius nomen falso scriptum esse Χείρων. In iis quae iam exposui de Charonibus et similibus nominibus Vossium [13] et Creuzerum [14]) secutus sum, qui quae de hac re dicenda erant, ea diligentissime explanarunt, quare facere non poteram quin iis plane assentirem. Et facile intellegitur per longum temporis intervallum Characis, Charetis, Chaereae, Chaeronisque nomina confundi potuisse cum Charonum nominibus eorumque opera cum Lampsaceni et Lampsaceni cum Carthaginiensis, Nancratitae, Apollonii familiaris Charonum operibus. Neque illud mihi priusquam ad dinoscenda Charonis fragmenta accedam praetermittendum est, quod saepissime a veteribus rerum scriptores illustriores citantur vel laudantur ea ratione, ut sola patria unde orti sint nominetur, uti Halicarnassensis (Dionysius), Chaeroneensis (Plutarchus), Uticensis (Cato); inde sequitur, ut si plures eodem loco nati sunt, inter sese confunderentur a posteriorum temporum hominibus et alterius opera alterius nomini subderentur. Et negari nequit eiusdem urbis celebriores auctores sola qatria urbe appellatos inter sese commutari et opera eorum misceri posse, quae perturbatio eo facilius in Charone Lampsaceno fieri potuit quod plures illustriores [15]) Lampsacenos fuisse nobis traditum est, quorum operum iidem vel similes tituli adhuc extant. Atque ut sententiam allatam probem inter illustres Lampsacenos reponitur Xenophon Lampsacenus qui περίπλουν scripsit, Xenophontem citatum scimus saepenumero a Plinio [16]) et bis a Solino. [17]) Facile enim fieri posse vides, cum Charon similia ad geographiam pertinentia ediderit opera ὥρους et περίπλουν ut per longum temporis spatium alterius opera ab altero condita esse crederentur. Et est cur miremur a Solino Charonem non adductum esse quamquam Hecataeum, Xanthum, Herodotum historiae conditores appellat [18]) et ex eorum operibus nonnulla delibavit.

[13]) De Historicis Graecis ed. Westerm. Lips. 1838.

[14]) Hist. Graec. ant. fr. pag. 96 seqq.

[15]) Lampsacenus fuit Strato philosophus, Theophrasti discipulus, qui praeter philosopha scripserat περὶ εὑρημάτων cf. F. H. Gr. II. pag. 369. Lampsacenus fuit Idomeneus inter cives Lampsacenos generis nobilitate et opulentia conspicuus, patriae urbis summus fuit magistratus, usus Epicuri non solum magisterio sed etiam familiaritate, scripsit περὶ Σωκρατικῶν et Σαμοθρακικά cf. F. H. Gr. II, 489. Fuerunt Lampsaceni Anaximenes, qui Hellenica scripsit et Alexandri Magni res gestas, Polyaenus, Colotes, Adimantus, Epicurei. cf. Schoell: Griech. Lit. Gesch. II pag. 207 seqq.

[16]) IV, 27, VI, 36, VII, 49; nomen eius legitur inter auctores ad Plinii libr. III et V et apud Tzetzen ad Lycophr 702. cf. F. H. Gr. III pag. 209.

[17]) pag. 105, 3 et 230, 2 ed. Th. Mommsen. [18]) pag. 184, 19.

§ 3.

Operum Charonis catalogus.

Transeo ad ipsa Charonis Lampsaceni fragmenta et discernenda et describenda, atque haud mediocrem in hac re difficultatem mihi novicio in literis oblatam esse fateor ea de causa, quod adhuc in suspenso est utrum scripta nonnulla Charoni Lampsaceno tribuamus an alteri cuidam rerum scriptori eiusdem vel similis nominis quos paulo antea cum Lampsaceno commutatos esse vel confundi potuisse monstravi. Suo enim iure Muellerus dicit [1]), multitudine et ubertate operum a Suida allatorum suspicionem moveri de ingenuitate eorum quod uberrimus operum Charonis catalogus abhorreat ab aetatis illius indole. Lexicographi operum notitia sine dubio e duobus vel pluribus fontibus fluxit quorum in unoquoque Charonis opera sed fortasse mutato titulo signata erant, qui tituli unum idemque opus significantes a Suida sedulo notati sunt ita ut pro uno opere duos vel plures titulos habeamus. Equidem in Suidae operum recensu haec scripta ingenua esse contendo:

I. *Αἰθιοπικά* et *Λιβυκά* sed hi diversi tituli unum opus significant.

II. *Περσικά ἐν βιβλίοις β'.*

III. *Ἑλληνικὰ ἐν βιβλίοιs δ'.*

IV. *Ὧροι Λαμψακηνῶν* [2]) *ἐν βιβλίοις δ'*; divisum erat hoc opus in duas partes *περὶ Λαμψάκου β' πρυτάνεις (ἢ ἄρχοντες) οἱ τῶν Λαμψακηνῶν* [3]).

V. *Κτίσεις πόλεων ἐν βιβλίοις β'.*

---

1) F. H. Gr. 1 pag. XVll.

2) sic legendum esse apud Suidam non *ὅροις* paulo post docebo.

3) *Ὧροι* quattuor libris confecti significant opus de patria urbe in universum; prior pars eius duos libros continens inscripta erat *περὶ Λαμψάκου β'* altera pars *πρυτάνεις κτέ* continebat reliquos libros ita ut essent quattuor. Quod ad Suidae operum Charonis catalogum a Muellero constitutum attinet non plane probari potest, quod Hellenica et Annales Lampsaceni non sunt unum idemque opus propter parem librorum numerum; immo aut corruptus aut forte idem videtur esse, (cf. id quod dixi in explicatione singulorum titulorum.) Urbium origines vero et titulum *περὶ Λαμψάκου* unum idemque opus fuisse parum verisimile est propterea quod librorum numerus minor est quam ut duobus tantum libris materia a Charone tractata absolvi posset nam concedendum in opere de Lampsaco urbe Charonis narrationem uberrime fluxisse. In urbium vero originibus sine dubio fundationes et incrementa aliarum urbium non Lampsaci enarrata erant; *Λαμψάκου κτίσις* ut ita dicam in annalibus Lampsacenis iam continebatur, spectabant autem *κτίσεις* maxime ad genealogiam et mythologiam non ad historiam singularum urbium ipsam quae exposita erat *ἐν ὥροις.* Ordinem tandem in quem Gutschmidius redegit Suidae catalogum

Reliqua: *Κρητικά; περίπλουν τὸν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν; τοὺς ὑπὸ Μίνως νόμους τεθέντας* spuria esse alio tempore explanabo.

§ 4.

Αἰθιοπικά et *Λιβυκά.*

Aethiopica et Libyca a nonnullis Charoni abiudicantur, sed ego Charonis esse contendo atque hac in argumentatione Schwanbeckium secutus sum;[1]) iam singula videamus. Primo obtutu Libyca referenda esse videntur ad Africae regionem septentrionalem, quam ita a veteribus appellatam esse scimus, Aethiopica ad Africae partem meridionalem ad ripas Nili superioris. Sed et Jndiae regiones Aethiopiam nuncupatam esse Schwanbeckius diligentissime enucleavit[2]); quare si altius in hanc rem mecum descenderis, facile in Aethiopicis et Libycis non Africae sed Asiae regiones descriptas esse consenties. Atque ut id quod dixi accuratius explicem et demonstrem, Homeri mihi versus citandi sunt:

---

non magis probandum esse censeo quam Muelleri; composuit enim (Philol. X, pag 523 seqq.) eos titulos quos sibi respondere arbitratur hoc modo: *ΑΙΘΙΟΠΙΚΑ* et *ΛΙΒΥΚΑ*; hos titulos non solum sibi respondere sed unum tantum opus significare paulo post probabo. Sequuntur *ʿΕΛΛΗΝΙΚΑ ἐν βιβ. Δ* et *ῨΡΟΙ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ἐν βιβ. Δ*; sic enim legendum esse proponit pro *ὧροι Λαμψακηνῶν*, sine ulla causa; *ΠΕΡΙ ΛΑΜΨΑΚΟΥ Β* et *ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ἢ ἄρχοντας τοὺς τῶν ΛΑΜΨΑΚΗΝΩΝ*; *ἔστι δὲ χρονικά*. Sed perversa haec; primum enim Charon neque magistratus Lacedaemonios descripsit neque annales Lacedaemoniorum unquam composuit ut vult Gutschmidius transponens voces *ΛΑΜΨΑΚΗΝΩΝ* et *ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ*, latet enim apud Suidam in titulo *πρυτάτεις ἢ ἄρχοντας τῶν Λακεδαιμονίων* corruptela in voce *Λακεδαιμονίων* quam irrepsisse et positam esse pro *Λαμψακηνῶν* monstrabo; si vero quod nemo dubitat legimus *πρυτάνεις . . . . . τῶν Λαμψακηνῶν* transpositio in vanum redacta est; nam non est cur transponamus; si iustis ex causis legendum esset *ὧροι Λακεδαιμονίων* sane quadrarent tituli duo et in unum essent redigendi opus, at sic scribendum esse adhuc probandum restat; postremo quod ad titulos *περὶ Λαμψάκου* et *πρυτάνεις κτἑ* attinet, sane sibi respondent, cum Lampsacum spectent, sed non sunt proprii tituli sed pertinent ad opus universum cui titulus fuit *ὧροι Λαμψακηνῶν*, significant partes eius.

Joannes Brandisius in commentatione de temporum Graecorum antiquissimorum rationibus Gutschmidii transpositionem propositam reiicit et legendum esse censet pag. 4 not. *ὥρους Λαμψακηνῶν ἐν βιβλίοις δ᾽· πρυτάνεις ἢ ἄρχοντας τοὺς τῶν Λαμψακηνῶν· ὥρους Λακεδαιμονίων* sed haec non leguntur apud Suidam, et quid sibi velit lectio prolata non video; cf. Gutschmidium in Annal. philol. nov. 83, pag. 20 not.

[1]) Eugenius Alexis Schwanbeck: De Megasthene rerum Jndicarum scriptore dissertatio Bonnae 1843.

[2]) pag. 1, not.

„Αἰθίοπες τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἄνδρων.
Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος οἱ δ' ἀνιόντος [3]."

Discernuntur igitur iam Homeri aetate Aethiopes in Asia et Africa habitantes, sed utramque Aethiopiam saepenumero commutatam esse videmus ab iis rerum scriptoribus, qui Jndicas vel Aethiopicas res effusius tractarunt, ab Hecataeo, Herodoto, Scylace, Ctesia, Megasthene, qui omnes depingentes fabulosas Indiae gentes in universum eas Aethiopes nominant. Ab Herodoto [4]), qui primus Indos et Aethiopes accuratius discernit, Aethiopes appellatos esse eos Indos quos ἀπ' ἡλίου ἀνατολέων habitasse tradit quosque nigro colore fuisse his verbis docet [5]): „Τὸ χρῶμα [6]) φορέουσιν ὁμοῖον πάντες καὶ παραπλήσιον Αἰθίοψιν." A Ctesia quoque Indos Aethiopes appellatos esse Schwanbeckius exemplis allatis monstravit, neque ante Alexandri Magni tempora Aethiopum et Indorum nomina stricte discernuntur, ex quo quidem tempore Aethiopes praecipue nominantur incolae Africae eius regionis, quam propriam Aethiopiam hominum fuscorum fuisse scimus. Neque vero posterioribus temporibus semper recte distincta est utraque Aethiopia, nam res Indicas a scriptoribus antea Aethiopicas appellatas videmus a geographis ad Aethiopiam propriam tralatas, ita ut multarum gentium sedes et in India et in Aethiopia commemorentur et Indicarum rerum nomina in Aethiopia propria reperiantur. Quibus ex causis res Indicas et veras et fabulosas sicut ad Aethiopiam ita etiam ad Libyam translatas esse Schwanbeckius dicit [7]) eo facilius quod Libya vera et germana fuscorum hominum sive Aethiopum sedes fuit. In prima Libyae descriptione ab Herodoto [8]) nobis tradita, miro modo Afrorum et Indorum res memorabiles miscentur Schwanbeckio teste, ut singula internoscere difficillimum sit [9]). Ita in cap. CXCII, quamquam sermo est de Libya in Africa sita, narratio tamen spectat ad Indicas res in verbis: „ἔλαφος δὲ καὶ ὗς ἄγριος ἐν Λιβύῃ πάμπαν οὐκ ἔστιν." Et porro: „μυῶν δὲ γένεα

3) Odyss. α, 23.

4) VII 70.

5) III, 101.

6) Verissime dictum ab Herodoto, nam Jndos et regionum australium incolas cum proximi essent solis radiis maxime oppositi adustos esse et nigrum colorem recepisse Graeci credebant cf. Herod. III, 104.

7) pag. 3.

8) IV, 168—199.

9) Schwanbeckii sententia a Baehrio not. ad Herod. lib. IV, 167 non plane probatur, qui Herodotum quantum id fieri potuerit, accuratissime de rebus Libycis ea credit retulisse quae vel ipse vidit vel ab iis qui vidissent tradita accepit; plura ibid.

τριξὰ αὐτόθι ἐστί· οἱ μὲν δίποδες καλέονται οἱ δὲ ζεγέριες (τὸ δὲ ὄνομα τοῦτό ἐστι μὲν Λιβυκὸν δύναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν βουνοί) οἱ δὲ ἐχίνεες." In voce ζέγερις [10]) radix sanscrita giri vel giris manifesta est, qua significatur masculino genere βουνὸς, ὄρος, collis, mons, feminino μῦς, mus. Radicem giri in voce ζέγερις ζε sillaba pro γε praeposita ignorare nequimus. Vocem ζέγερις si Libycam esse statueremus miraremur profecto mirabilem in utraque lingua consentaneam radicum significationem; at linguae sanscritae vel Indicae est sola ac propria radix, qua Hesychio teste μυῶν γένος significatur, quod nascitur in India, transfertur falso ab Herodoto ad Libyam. Herodotum si sequimur in describenda Libya sine dubio Indica monstra ab eo pro Libycis [11]) habentur et enumerantur his verbis: „Καὶ γὰρ οἱ ὄφιες οἱ ὑπερμεγάθεες καὶ οἱ λέοντες κατὰ τούτους εἰσὶν καὶ οἱ ἐλέφαντές τε καὶ ἄρκτοι καὶ ἀσπίδες τε καὶ ὄνοι οἱ τὰ κέρεα ἔχοντες καὶ οἱ κυνοκέφαλοι καὶ οἱ ἀκέφαλοι οἱ ἐν τοῖσι σθήτεσιν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες ὡς δὲ λέγονταί γε ὑπὸ Λιβύων καὶ οἱ ἄγριοι ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἄγριαι καὶ ἄλλα πλήθεϊ πολλὰ θηρία κατάψευστα." Quam commutationem rerum et narrationum Indicarum et Libycarum per Aegyptios et Phoenices factam ut videtur in reliquas deinde posteriorum temporum Libyae descriptiones tralatam esse videmus; sola Carthaginis et Aegypti nomina libera manserunt a tanta rerum confusione. Neque his ex causis mirum est quod Africae gentes eruditiores et politiores appellantur apud Scylacem [12]), quae quidem descriptio minime de Afris at optime de Indis intellegenda est. Libyae incolae trans Herculis columnas habitantes hoc modo describuntur: „Οἱ Αἰθίοπες χρῶνται κοσμοστίκτοις καὶ ἐκπώμασιν τοῦ ἐλέφαντος φιάλαις καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν χρῶνται κόσμῳ ψελίοις τοῦ ἐλέφαντος· χρῶνται δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἵππους ἐλεφαντίνῳ κόσμῳ . . . . . εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν πενταπήχεες καὶ πωγωνοφόροι εἰσὶ καὶ κοσμῆται καὶ κάλλιστοι πάντων ἀνθρώπων οὗτοί εἰσιν καὶ βασιλεύει αὐτῶν οὗτος ὃς ἂν ᾖ μέγιστος. Alexandri quoque aetate Indiae et Aethiopiae propriae notitiam tenuissimam fuisse inde apparet, quod Alexander in expeditione contra Persas, cum iam in India propria esset tamen de Aethiopia in Africa sita cogitavit, ut e Strabonis [13]) elucet verbis: „Ἀλέξανδρον δ' ἐν μὲν τῷ Ὑδάσπῃ κροκοδείλους

[10]) Diversam ab hac interpretatione sententiam vid. in not. Baehrii ad Herod. IV, 192.
[11]) Schwanbeckii e sententia; vid. not. Baehrii ad lib. IV, 191.
[12]) In Periplo pag. 54 Huds.
[13]) pag. 696 ex rec. Meinekii; cf. Arrian. exped. Alex. VI, 1.

ἰδόντα ἐν τῇ Ἀκεσίνῃ κυάμους Αἰγυπτίους εὑρηκέναι δόξαι τὰς τοῦ Νείλου πηγὰς καὶ παρασκευάζεσθαι στόλον εἰς τὴν Αἴγυπτον ὡς τῷ ποταμῷ τούτῳ μέχρι ἐκεῖσε πλευσόμενον κτλ. His quae iam explicavi de Aethiopia et Libya intellectum puto Charonem in Aethiopicis et Libycis non Africae sed Asiae regiones sic dictas descripsisse aeque atque reliquos Indicarum rerum scriptores, qui iidem quamquam Indos Aethiopes appellarunt de sola India cogitarunt quae notissima erat terra iam tum temporis quo Charonem vixisse et scripsisse constituimus; immo de Aethiopia et Libya in Africa regionibus Charonis aetate frustra quaesitamus scriptorem [14]. Neque hoc est praetermittendum quod Περσικῶν scriptores Indicarum

[14]) Ut id quod dixi, testimoniis firmem, paucis mihi inquirendum est in Aethiopicorum et Libycorum scriptores. Dalion qui de Aethiopia scripsit peregrinationes suas primi Philadelphi temporibus instituisse videtur cf. F. H. G. IV, 376; Aristocreontis Αἰθιοπικὰ legit aequalis eius Hermippus Smyrnaeus ὁ Καλλιμάχειος appellatus vixit ergo paulo ante Eratosthenem et Hermippum. cf. F. H. G IV, 333 ; Bion Solensis una cum iis citatus a Plinio VI, 35 iisdem fere temporibus Aethiopica composuit cf. F. H. Gr. IV, 350. De Damocriti, qui secundum Eudociam pag. 128 Αἰθιοπικὴν ἱστορίαν scripsit, et de Marcelli aetate cuius Aethiopica Schol. ad Plat. Tim. pag. 426 et 427 ed. Bekk. memorat, nihil notum est nisi eos vixisse aetate Alexandrina. vid. F..H. Gr. IV. 377 et 350. Philo Aethiopicon auctor exhibetur apud Strab. II, 77 et Antig. Car. in Mirab. c. 160 cf. F. H. Gr. III, 560 not. Vetustissimus Libycorum sed post Charonis aetatem auctor est Aristippus Cyrenaeus Socraticus, cuius βιβλία τρία ἱστορίας τῶν κατὰ Λιβύην ἀπεσταλμένα Διονύσῳ Siciliae tyranno memorat Diog L. II, 83; sed de hoc libro fortasse subditicio nihil constat. Lycus Rheginus Lycophronis pater ἐπὶ τῶν διαδόχων γεγονὼς scripsit ἱστορίαν Λιβύης et laudatur ab Agatharchide: τὰ μὲν πρὸς Ἑσπέραν ἐξείργασται Λύκος τε καὶ Τίμαιος τὰ δὲ πρὸς ἀνατολὰς Ἑκαταῖος καὶ Βάσιλις. (Basilis floruit inter Eratosthenem et senem Agatharchidem vel inter 190—140 a. C. cf. F. H. Gr. IV, 346.) Hegesianax ex Troade Alexandrinus, familiaris Antiochi Magni duo opera historica condidisse videtur Troica et Λιβυκά. cf. F. H. Gr. III, 70 fr. 11. Posidonii (Olbiopolitae) Λιβυκῶν βιβλία ιά a Suida citantur, si idem est cum Posidonio quodam Persei Macedonis quem temporibus vixisse eiusque historiam exposuisse Plutarchus dicit in Aemil. Paul c. 19, 3. Alexandri Polyhistoris Λιβυκὰ a Stephano B. et Schol. Apollon. Rhod. IV, 1515 laudantur; Libyam regionem multis nominibus praeditam fuisse aperte docet Steph, s. v. „Λιβύη χώρα πολυώνυμος ὡς Πολύϊστωρ· Γῆ Ὀλυμπία Ὠκεανία Ἐσχατιά, Κορυφή, Ἑσπερία, Ὀρτυγία, Ἀμμωνίς, Αἰθιοπία, Κυρήνη, Ὀφιοῦσα, Λιβύη, Κηφηνία, Ἀερία.“ Jubae Mauritani Libyae descriptionis valde dolenda est iactura quod et Punicos auctores eum adhibuisse Ammianus disserte testatur et suae dicionis regiones et proximas diligenter excussisse ex fragmentis colligitur; citatur ab Athenaeo, Plutarcho, Plinio, aliis cf. F. H. Gr. III, 472 seqq. De Agroetae et Meneclis Barcaei, qui sub Ptolemaeo Physcone vel paulo post vixisse videtur et Theochresti tandem Libycis aetate Alexandrina confectis cf F. H. G. IV, 294 et 448 et II, 86 et 87. Ex his Aethiopicorum et Libycorum scriptoribus enumeratis ne unum quidem reperias quem aetate Lampsaceni vixisse contenderis, id quod volui probare.

rerum brevem narrationem addere solebant, quod non solum Ctesias fecit sed etiam Dinon; verisimillimum esse ego meo iure contendo Charonem quoque, *Περσικῶν* conditorem, in Aethiopicis vel Libycis brevem hanc solitam ut ita dicam Indiae descriptionem praemisisse praefationis instar. Quod tandem ad Libyae nomen attinet e tanta rerum confusione manifestum fit, in Libycis Charonis nihil aliud quaerendum esse nisi alterum titulum Aethiopicorum, quem Suidas ex alio fonte in lexicon transscripserat. Quibus ex causis accuratius nunc examinatis *Αἰθιοπικά* vel *Λιβυκά* Charoni sine dubio adscribo; at si quis dixerit in iis Africae regiones descriptas esse, non sunt Lampsaceni, sed alterius cuiusdam scriptoris posteriorum temporum; fragminum vero nec ullum mihi occurisse fateor. [15])

§ 5.

Περσικά.

Jam accedo ad alterum Charonis opus describendum, ad Persica, quibus Persarum historiam duobus libris amplexus est. Si verum est quod Muellerus [1]) suspicatur, *Περσικῶν* exordium fuisse inde a Nini temporibus usque ad aetatem Charonis [2]), brevissimam et artissimam fuisse antiquissimorum temporum historiam ingentis Persarum regni res ipsa clamat. Originem enim Persici imperii et per temporum decursum opes crescentes, bella Persarum cum exteris populis et internas discordias ac seditiones, ingentes tandem apparatus expeditionum in Graeciam et ipsa cum Graecis funestissima bella, quibus ingens Persarum imperium funditus concutiebatur et de summo potentiae fastigio praecipitabatur: quae omnia, si in duobus

---

15) *Λιβυκά* si Charoni Lampsaceno non tribuere possimus sane referenda esse cum Muellero I pag. XIX not. 1 consentio ad Charonem Carthaginiensem qui natione Afer prae ceteris idoneus erat ad Libyam describendam.

1) I pag. XVIII

2) Sevinius pag. 57 non ante Artaxerxis imperium Persica completa et edita esse demonstrat, quod Themistoclem confugisse non ad Xerxem sed Artaxerxem Charon tradiderit quem secutus est Thucydides I, 137; adversatur huic sententiae Creuzerus pag. 99 quod in suspenso sit, utrum Themistoclis fugae mentio facta sit in Hellenicis an in Persicis, sed cum Charonem natum anno 504 usque ad belli Peloponnesii initium vixisse demonstraverim, nihil nos impedit quominus Sevinio adstipulemur; neque hoc loco praetermittendum mihi videtur esse, quod Thucydides Charonis sententiam adoptavit; recte enim Sevinius pag. 58 disputat: Contemporain de Themistocle il s'est trouvé plusieurs fois à portée de le voir soit à Magnésie soit à Lampsaque une des villes que le roi de Perses avoit destinées à l'entretien de cet illustre refugié: reflexions qui selons toutes les apparences ont determiné Thucydide auteur exact et judicieux à embrasser la chronologie de Charon."

Περσικῶν libris continebantur, summis tantum lineis Charonem tetigisse nemo non videt. Mea quidem sententia Persicae historiae enarratio ab origine usque ad Jonici belli initium praefationis instar paucis paginis absoluta latius et effusius manare coeperat inde ab huius belli principio usque ad bellorum Persicorum exitum, ita ut ipse testis rerum gestarum factus accuratius hoc temporis spatium in Persicis depingere potuerit. Sed ipsas a Plutarcho et Athenaeo nobis e Charonis Persicis traditas reliquias exponamus. In libello *περὶ Ἡροδότου κακοηθείας* inscripto [3]), Plutarchus Herodotum reum facit diversorum criminum laesae in *Μουσῶν* libris fidei historicae atque queritur de inconstantia et malevolentia eius in rebus tradendis, et postquam incriminationis causas addidit petitas e barbarorum historia ab Herodoto tradita, verbis: *ἀλλ' ἀφίημι τὰ τῶν βαρβάρων ἀφθονίαν γε αὐτὸς ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πεποίηκεν* ad Graecas res transgreditur et ut Herodotum parum diligentem in Graecorum rebus gestis depingendis fuisse eorumque gloriam imminuisse probare possit, sermonem instituit de Pactyae Lydi sorte his verbis [4]): „*Πακτύην δὲ ἀποστάντα Κύρου φησὶν Κυμαίους καὶ Μιτυληναίους ἐκδιδόναι παρασκευάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ μισθῷ· οὐ γὰρ ἔχω γε εἰπεῖν ἀτρεκέως (εὖ τὸ μὴ διαβεβαιοῦσθαι πόσος ἦν μισθὸς τελικοῦτο δὲ Ἑλληνίδι πόλει προσβαλεῖν ὄνειδος ὡς δὴ σαφῶς εἰδότα) Χίους μέντοι τὸν Πακτύην ἐξ ἱεροῦ Ἀθηναίας Πολιούχου ἐκδοῦναι καὶ ταῦτα ποιῆσαι [5]) τοὺς Χίους τὸν Ἀταρνέα [6]) μισθὸν λαβόντας. Καίτοι Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἀνὴρ πρεσβύτερος ἐν τοῖς περὶ Πακτύην λόγοις γενόμενος τοιοῦτον οὐδὲν οὔτε Μιτυληναίοις οὔτε Χίοις ἄγος προστέτριπται· ταυτὶ δὲ κατὰ λέξιν γέγραφεν.*“ Opprobrio vertit Plutarchus Herodoto, quod Mitylenaeis et Chiis tantam infamiam intulerit propter proditionem in Pactyam Lydum commissam, qui profugus ad eos supplex se contulerit; atque ut proditionis ignominia augeatur Herodotum narrantem facit Pactyam a Mitylenaeis et Chiis mercede conductis e templo Minervae impie tractum Cyro supplicio traditum esse; quam rem longe aliter et secundum veritatem memoratam esse dicit a Charone Lampsaceno, vetustiore homine, qui eiusdem

3) Tom. IV, 2 pag 450 ed. Wyttenbach

4) Plutarchi verba ex Herodoti textu reficta valde mutilata sunt, ita ut de sanando loco et integre restituendo ipse Wyttenbachius desperaverit.

5) Ita in omnibus editionibus scriptum; apud H. Stephanum sine dubio *πονῆσαι* operarum neglegentia pro *ποιῆσαι* scriptum esse Larcherius dicit qui levem maculam sustulit

6) *ὁ Ἀταρεύς* nomen est et regionis Chiorum civitati concessae et oppidi hac in regione exstructi.

Pactyae capti mentionem fecerit, sed de crudeli et impia proditione Mitylenaeorum et Chiorum plane nihil tradiderit. Verba Charonis haec sunt: „*Πακτύης δὲ ὡς ἐπύθετο προσελαύνοντα τὸν στρατὸν τὸν Περσικὸν ᾤχετο φεύγων ἄρτι*[7]) *μὲν εἰς Μιτυλήνην ἔπειτα δὲ εἰς Χίον· καὶ αὐτοῦ ἐκράτησε Κῦρος.*“ At calumniosa haec et truncata narratio atque maledica Herodoti auctoritatis detrectatio in ipsum cadit Plutarchum, qui Herodotum narrantem facit, quae in eius libris scripta frustra quaerimus. Apud Herodotum de Pactya haec legimus: Pactyas a Cyro ad custodiendas Croesi opes constitutus Lydos moverat, ut a Cyro deficerent. Mazares natione Medus a Cyro contra Lydos proficisci iussus est ut Pactyam vivum Cyro traderet. Quod ubi comperit Pactyas, Cumas fugit; a Cumanis Mazares ut Pactyam proderent postulat; Cumanis cum Pactyam tradere nollent Branchidarum oraculum consulentibus respondisse fertur: *ἐκδιδόναι Πακτύην Πέρσησιν;* iterum sciscitantibus idem responsum datum est: *ἐκδιδόναι Πακτύην Πέρσησιν.* Aristodico oraculum tertio consulenti responsum est: „*ναὶ κελεύω ἵνα γ' ἀσεβήσαντες θᾶσσον ἀπόλησθε ὡς μὴ τὸ λοιπὸν περὶ ἱκετέων ἐκδόσιος ἔλθητε ἐπὶ τὸ χρηστήριον.*“ Quibus oraculi verbis commoti sunt ut ne tum quidem Pactyam traderent. Sed ne Cyrum infestum sibi redderent Pactyam retinentibus navigio transportarunt Lydum ad Mitylenaeos et inde cum Mitylenaei Pactyam tradituri essent eum ex insula Lesbo ad Chios transvehunt, quorum e fano Minervae quo confugerat Persis traditus erat. Quam narrationem Herodoti uberiorem et copiosiorem quam Lampsaceni esse dilucide apparet neque quidquam amplius addi potest, nisi quod ab Herodoto res sincere et integre, ut assolet, traditae sunt et quod, quae Charon summis lineis tantum tetigerat, ea ab Herodoto accuratius et effusius suo quaeque loco atque tempore exposita sunt et enarrata. Neque hoc est praetermittendum, quod Herodoti narratione de Pactyae sorte largiore completur Lampsaceni, quam non intellegimus nisi Herodotea adiuti; nam Herodotus plane non veritus est res libere profiteri uti acciderunt, cum Charon Chiis displicere nollet rebus integre traditis; dubitandum enim non est quin Chii Pactyam tradere voluerint sponte, id quod Creuzerus pag. 101 monuit, Pactyam in insulam Chium

[7]) De *ἄρτι* particulae significatione et usu hoc loco temporali consulendi sunt Hesychius s. v. *ἄρτι*; Moeris Atticista in lexico Attico ed. Joh. Piersonus Lugd. Bat. 1759 pag. 60; Timaeus Sophista in lexico vocum Platonicarum prim. ed. Dav. Ruhnkenius Lugd. Bat. 1754 ed. in Germania II cur. G. Koch Lips. 1833 pag. 7; Franciscus Vigerus de praecipuis Graecae dictionis Jdiotismis liber ed. Hermann pag. 386.

transvectum capi non potuisse, cum Cyrus tum temporis prorsus naves non haberet ad persequendum [8]). Quod cum factum esset, Chiis opprobrio verti poterat, quod hospitem et supplicem Pactyam Cyro tradi passi erant, id quod Charon quamquam de hac re instructus erat [9]) tradere noluit, ne populares infestos sibi redderet; quare Charonis locus ad Herodotum incriminandum adhiberi nequit quod in Chiorum gratiam scriptus longe abest a veritate. Herodoti autem sincerae rerum enumerationi nequimus diffidere quod auctoritas eius per temporum decursum eruditissimorum virorum in hac re quaestionibus splendidissime .defensa atque corroborata testimoniis e Musarum libris petitis ne levissima quidem suspicione addubitari potest. Sed alter extat locus Plutarcheus, qui scriptus est in eodem libello cap. XXIV ad Herodoti gloriam imminuendam, quod malignitate ductus Graecorum res gestas depravaverit, (*διέλυσε καὶ διελυμήνατο τὴν πρᾶξιν*) et Eretriensium praeclarum in Sardium expeditione facinus reticuerit (*Ἐρετριέων δὲ κομιδῇ μνησθεὶς ἐν παρέργῳ καὶ παρασιωπήσας μέγα κατόρθωμα καὶ ἀοίδιμον*); et quidem a Plutarcho in rem vocantur praeter alios historicos Lysanias [10]) Mallotes et Charon Lampsacenus, utpote qui res diversas ab narratione Herodotea tradiderint. Verba autem Charonis haec extant: „*Ἀθηναῖοι δὲ εἴκοσιν τριήρεσιν ἔπλευσαν ἐπικουρήσαντες τοῖς Ἴωσιν καὶ εἰς Σάρδεις ἐστρατεύσαντο καὶ εἷλον τὰ περὶ Σάρδεις ἅπαντα χωρὶς τοῦ τείχους τοῦ βασιληίου, ταῦτα δὲ ποιήσαντες*

8) Sevinius pag. 60; Les Perses dans ce temps la n'avoient ni flottes ni vaisseaux et dehors ils n'étoient point en état d'entrer dans l'isle malgré les habitans et encore moins d'enlever le rebelle à force ouverte.

9) Pactyam consciis Chiis traditum esse iam Sevinius pag. 60 intellexit qui consulto Charonem dicit reticuisse pravam agendi rationem Chiorum in Pactya, quo eorum animos aucuparetur. Sevinius pag. 61: „Charon peut-être par affection pour ces Insulaires peut-être aussi parce qu'alors le fait dont il s'agit étoit de notoriété publique a supprimé des circonstances qui n'étoient pas absolument necessaire et que peu de gens ignoraient; au reste il est bon de remarquer que Pausanias pag. 37 raconte conformement a Hérodote que l'infortuné Pactyes fut la victime de l'avarice et de la cupidité de ceux de Chio;" post Sevinium Larcherius eandem sententiam amplexus est, quem tamen fugisse iam Sevinii eam fuisse Creuzerus monet pag. 102. Redarguitur ergo plane Herodotea narratione copiosa et uberiore Plutarchi maligna incriminatio neque Charon in rem vocatus testis adhiberi potest.

10) Jonsii verba de Lysania haec: alius ab hoc (scil. Lysania filio Aeschrionis) est Lysanias Mallotes cujus *τὰ περὶ Ἐρετρίας* de Eretria citat Plutarchus libro *περὶ Ἡροδότου κακοηθείας* quique locum inter Historicos Vossianos Graecos propterea meretur. Cf. F. H. Gr. IV, 441 et Etym. M. s. v. *ὑπερικταίνοντο.*

ἐπαναχωροῦσιν εἰς Μίλητον. Hic locus sine dubio refertur ad id belli Jonici tempus quo Athenienses classi viginti navium popularibus auxilium ferebant. Quae verba cum a Plutarcho iterum adhibeantur ad Herodotum malignitatis incusandum, primum mihi fatendum est Charonem a Plutarcho in partes vocari omnino hoc loco non posse, quod in Lampsaceni fragmento ne uno quidem verbo mentio facta est Eretriensium. Quare necesse est, ut hunc de Sardium expugnatione locum accuratius examinemus. Secundum Charonem Sardes ab Atheniensibus solis expugnatae videntur, secundum Lysaniam ἐν τοῖς περὶ Ἐρετρίας a solis Eretriensibus [11]). Sed audiamus Herodotum libro V, 99 seqq. qui haec scripsit: Athenienses viginti triremibus auxilium tulerunt Jonibus, ἅμα ἀγόμενοι Ἐρετριέων πέντε τριήρεας οἱ οὐ τὴν Ἀθηναίων χάριν ἐστρατεύοντο ἀλλὰ τὴν τῶν Μιλησίων ὀφειλόμενά σφι ἀποδιδόντες· οἱ γὰρ δὴ Μιλήσιοι πρότερον τοῖσιν Ἐρετριεῦσι τὸν πρὸς Χαλκιδέα πόλεμον συνδιήνεικαν ὅτε περ καὶ Χαλκιδεῦσιν ἀντία Ἐρετριέων καὶ Μιλησίων Σάμιοι ἐβοήθησαν. Socii, cum undique coacti essent, Sardes profecti, Charopino et Hermophanto ducibus, nullo resistente, urbem ceperunt praeter arcem [12]), quam Tissaphernes haud mediocri manu occupatam

[11]) Cf, Valckenarii not. ad Herod. lib. V, 99 pag. 428 ed. P. Wesseling. Amstelod. 1763. Cum Herodoto consentit Aelius Aristides in Panathenaico pag. 196 ex rec. G. Dind. Lips. 1829. Verba eius: „ἀναβάντες εἰς Σάρδεις στρατιᾷ κοινῇ πορθήσαντες ᾤχοντο" i. e. 'una cum Jonibus atque Eretriensihus, id quod Herodotus narrat. Fortasse Lysanias simili modo atque Charon popularium animos sibi conciliare voluit; ut enim Charon in Chiorum gratiam scripsit historiam ita Lysanias Eretriensium bellicam laudem eo sustulit ut eos solos Sardes expugnasse praedicaret.

[12]) Quod ad Sardium expugnationem attinet de tempore quo facta est vid. Baehrii not. ad Herod. V, 100; de Sardibus ipsis plura afferens secutus sum. Tib. Hemsterhusii annotationem scriptam in Contemplantes Luciani III, pag. 385 quo loco egregie disputans historiolam quasi Sardianae arcis contexuit. Strabonis haec XIII p. 928b: πόλις ἐστὶ μεγάλη νεωτέρα μὲν τῶν Τρωικῶν ἀρχαῖα δ' ὅμως ἄκραν ἐνερκῆ ἔχουσα. Arx munitissimi operis et prorsus inexpugnabilis, quod in monte ita edito et praecipite sita erat ut vix sine periculo escendi posset et quod reliquus montium tractus ita separatus est ut unicus et solus e planitie quae late patet exsurgat. Sed Meles, antiquissimus Sardium rex, e pellice leonem procreaverat, quem circum muros circumducendum esse, ut inexpugnabiles et inaccessi fierent Telmessenses, portenti coniectores et interpretatores dixerunt (Τηλμεσσέων δικασάντων ὡς περιενειχθέντος τοῦ λέοντος τὸ τεῖχος ἔσονται Σάρδιες ἀνάλωτοι Herod. I, 84.) Neglegentia huius regis factum esse Herodotus narrat l. l., ut Sardiana arx expugnabilis fieret et saepius expugnaretur. Nam Meles leonem circum totam arcem circumducendum neglexerat ea de causa, quod, ubi arx ἀπότομος καὶ ἄμαχος erat, supervacaneum esse putabat oraculi verbis obsequi, et eam partem, qua arx ascendi nequeat, neglectam a Melete esse illam, quae Tmolum versus

tenebat. Cum in oppugnandis Sardibus tecta incendio flagrarent et Lydi et Persae flammis interclusi exitum non haberent ex urbe, cuius omnes partes ignis undique corripuerat, in forum

---

montem spectet Herodotus tradit. Hunc Meletem *Μύλην* appellat Dio Chrysostomus orat. 64, cuius locum mendose traditum a Casaubono non intellectum egregie explicavit ex Herodoti l. I, 84 Henr. Valesius in Comment. ad Nicol. Demasceni Excerpta pag. 60. Dionis haec: „*Τί οὖν τύραννοι μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ τοῖς τείχεσιν; τί δὴ Ἀμφίων ᾖδει; τί δὴ Δηιόκης πονεῖ; τί δὲ Σεμίραμις οἰκοδομεῖ; τί δὲ μετὰ λέοντος Μύλης τὸ τεῖχος περιέρχεται; κρατήσει γάρ Μήδων Κῦρος καὶ Βαβυλωνίων Ζώπυρος καὶ Σάρδεων Μάρδος.*“ Sic enim corrigendum est ex Herodoto l, 84 pro *Μαρδώνιος* in Dioniis textu. Est autem Meles non rex intellegendus Croeso prior, qui sensus in Herodoti loco inest, si legimus cum codd. quibusdam *πρότερος* pro *πρότερον*, sed pertinet iste Meles ad multo antiquiora tempora; penultimus enim fuit Lydorum regnator ex Heraclidarum stirpe, ut est in Eusebii Chron, p. 50. Adversus Cimmerios deinde et Athenienses diu post tuta stetit arx, ut Herodotus narrat l, 15: „*ἐπὶ τούτου* (scil. *Ἄρδυος*) *δὲ τυραννεύοντος Σαρδίων Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν Νομάδων ἐξαναστάντες ἀπικέατο ἐς τὴν Ἀσίην καὶ Σάρδις πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἷλον* et V, 100 *αἱρέουσι* (scil. *Ἴωνες*) *Σάρδις οὐδενός σφι ἀντιωθέντος αἱρέουσι δὲ χωρὶς τῆς ἀκροπόλιος τἆλλα πάντα.*“ Cuiusnam arte Cyrus arcem ceperit legitur apud Herod. l, 84, sed eiusdem arcis captae narratio reperitur apud alios quoque veteres scriptores, quos in hac re valde dissentientes scimus. Secundum Herodotum Mardi militis opera, qui Lydum quendam ex arcis eo loco, quem *ἀπότομον καὶ ἄμαχον* Herodotus appellat, ad recuperandam galeam superne devolutam viderat descendentem, arx expugnata est. Altera extat de Sardibus captis enarratio apud Xenophontem qui haec tradidit Jnst. Cyr. VII, 2: „*ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο εὐθὺς ἐπὶ Σάρδεις ἦγε Κῦρος ὡς δ᾽ ἐγένετο πρὸς τῷ τείχει τῶν ἐν Σάρδεσιν τάς τε μηχανὰς ἀνίστη ὡς προσβαλὼν πρὸς τὸ τεῖχος καὶ κλίμακας παρεσκευάζετο. ταῦτα δὲ ποιῶν κατὰ τὰ ἀποτομώτατα δοκοῦντα εἶναι τοῦ Σαρδιανῶν ἐρύματος τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἀναβιβάζει Χαλδαίους τε καὶ Πέρσας· ἡγήσατο δ᾽ αὐτοῖς ἀνὴρ Πέρσης δοῦλος γεγενημένος τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει τινὸς φρουρῶν καί καταμεμαθηκὼς κατάβασιν ἐς τὸν ποταμὸν καὶ ἀνάβασιν τὴν αὐτήν, ὡς δὲ ἐγένετο τοῦτο δῆλον ὅτι εἴχετο τὰ ἄκρα πάντες δὴ ἔφυγον οἱ Λυδοὶ ἀπὸ τῶν τείχεων ὅπῃ ἠδύνατο ἕκαστος τῆς πόλεως.*“ Ex his Xenophontis verbis arcem per fraudem captam esse videmus et quidem ea ratione, ut hostes repente eam partem captam tenerent, quae in Herodoti narratione *ἀπότομος καὶ ἄμαχος* in Xenophontis *τὰ ἀποτομώτατα δοκοῦντα εἶναι τοῦ Σαρδιανῶν ἐρύματος* appellatur. Apud Polyaenum in Strategicon lib. VIII, 6,3 eadem Sardium expugnatio per fraudem facta describitur hoc modo: „*Κροῖσος κατέσχε τὴν ἀκρόπολιν ἀναμένων τὴν ἐκ τῆς Ἑλλάδος βοήθειαν. Κῦρος τοὺς οἰκείους τῶν μετὰ Κροίσου τὴν ἀκρόπολιν κατεχόντων δήσας ἔδειξε τοῖς πολιορκουμένοις τῷ κήρυκι προστάξας ἀνειπεῖν ὡς παραδοῦσι μὲν ἀκρόπολιν ἀποδώσει τὰ οἰκεῖα σώματα μὴ βουλομένων δὲ παραδοῦναι κρεμάσειε πάντας. Οἱ δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν οἰκείων παρέδωκαν οὐκ ἀναμείναντες Κροίσου τὰς κενὰς τῶν Ἑλλήνων ἐλπίδας.*“ Quam narrationem unde Polyaenus desumpserit ipse summus Hemsterhusius nescit. Extat deinde Ctesiae Cnidii Sardium captarum commemoratio, quae plane differt a reliquorum traditione. Captam enim dicit Ctesias arcem Oebaris consilio, qui contis longis vestibus indutis muroque adductis adeo oppidanos perterruerit, ut idcirco urbs capta fuerit. Cnidium secutus est Polyaenus VII, 6, 10 his verbis usus: „*ξύλα πολλὰ μακρὰ ἰσομήκη τοῖς τείχεσιν ἐπιστήσας αὐτοῖς εἴδωλα πώγωνας ἔχοντα καὶ Περσικὴν ἐσθῆτα καὶ φαρέτρας κατὰ νώτον καὶ τόξα μετὰ χεῖρας νύκτωρ*

et ad Pactolum flumen confluxerunt pugnandi cupiditate flagrantes necessitate coacti, ne flammis perirent. Quorum de sorte sua desperatorum hominum torvis vultibus conterriti Jones ad Tmoli montis radices se receperunt et noctu iter fecerunt ad naves. Hostes cum auxiliaribus copiis Persarum insecuti Jones ad Ephesum adorti sunt et in fugam converterunt. Hoc quoque loco Herodoti narrationem uberius quam Charonis manare dilucide apparet inde, quod Charon Jonum cladem a barbaris ad Ephesum acceptam silentio transgressus est; neque quidquam deinde memoratum videmus de praeclaro Eretriensium facinore apud Charonem, quos solos Sardes expugnasse Lysanias scripsisse videtur. Solus Herodotus sine dubio res gestas sincere et integre posteris mandavit neque ei opprobrio verti potest a Plutarcho quod Eretriensium non meminerit; nam facta est manifesto eorum mentio in verbis *ἅμα ἀγόμενοι κτλ.* e quibus intellegi satis superque potest, nihil aliud egisse Plutarchum quam ut Herodoti auctoritatem minueret et infringeret. Et si comparamus Herodoti artem historicam cum Charonis Lam-

---

προσήγαγεν ὑπερέχοντα [περὶ] τῶν τειχῶν τῆς. ἄκρας ὁ δὲ κατὰ τὰ ἕτερα μέρη τῆς πόλεως προσέβαλεν ἀρχομένης ἡμέρας. Ἡ δὲ στρατιὰ τοῦ Κροίσου ἀπομαχομένη ταῖς τοῦ Κύρου προσβολαῖς, ἐπειδή τινες αὐτῶν ἐπιστραφέντες εἶδον ἀπὸ μακροῦ τὰ εἴδωλα ὑπὲρ τὴν ἄκραν ἀνεβόησαν, πάντας δὲ εἷλε φόβος ὡς ἤδη τῆς ἄκρας ὑπὸ Περσῶν κατειλημμένης τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἄλλος ἄλλῃ ἔφυγον. Κῦρος δὲ Σάρδεις κατὰ κράτος εἷλεν.“ Sed Polyaeni duabus narrationibus in cap. 6. accuratius inspectis, nemo non videbit, Sardium expugnationem aliter descriptam esse atque apud Herodotum, Xenophontem; quin etiam tertio loco arcem per fraudem captam esse a Cyro ait VIII, 6, 2 qui induciis factis regressus sed nocte ingruente denuo Sardes oppugnaverit et scalis appositis, cum moenia defensoribus vacarent, urbe potitus sit. Ex his Polyaeni captarum Sardium narrationibus, num una alterave verior sit, quam Ctesiae, ex aliis discere malim, mihi quidem persuasum est, suos quemque scriptorem fontes habuisse neque quidquam posteris tradidisse, quod non iustis testimoniis et auctoribus firmatum haberent. Nec mirandum profecto mihi videtur esse, quod in tanta rerum traditarum differentia Licymnius et Hermesianax teste Parthenio in Erot. cap. XXII, Nanidem Croesi filiam, pactis Cyri nuptiis legitimis, Persis arcem prodidisse cecinerunt, sed quoad fides habenda sit Musarum famulis Hemsterhusius in medio relinquendum esse monet. Arx Sardiana regiis opibus thesaurisque custodiendis opportunissimum fuit posterioribus temporibus munimentum, ut est in Polyaeni Strat. IV, 9, 4 neque aliam ob causam nobiles captivos in hac arce detentos esse, quam ut omnis iis spes evadendi tolleretur idem Strategicôn auctor narrat VI, 49. Sed ne plane aberrem, Lagorae Cretensis postremo sollers consilium hoc loco non est praetermittendum, qui post diuturnam Sardium oppugnationem cum arcis *τεῖχος ἀφυλακτούμενον* quae est pars ab Herodoto *ἀπότομος καὶ ἄμαχος* appellata, observasset, tandem urbem cepit; largiora quaeras apud Polyb. II p. 615 ed. Schweigh. qui idem meminit *τῆς ὑπαρχούσης δόξης περὶ τῆς τῶν Σάρδεων ὀχυρότητος.* Arcem Sardianam a Charone vocatam esse *τὸ τεῖχος τὸ βασιλήιον* Plutarchus in fragmento servato nos docet pag. 861.

psaceni nemo non videbit, in Lampsaceni Persicis nihil aliud quaerendum esse, nisi primordia historiae scribendae, quibus res gestae incondite et incompte sine rerum conexu analistarum modo consignatae erant. Nam ut iam initio huius capitis dixi fieri non potuit, ut duobus tantum libris Persarum et opes crescentes Cyro regnante, et florentes, et sub finem bellorum cum Graecis gestorum collabentes enumerarentur et describerentur. Quare Dionysii verba pag. 769 *ἀλλ' ἐπίστευσεν* (scil. *Ἡρόδοτος*) *κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν ὅπερ καὶ πεποίηκεν* verissime dicta sunt; nam Herodotus, quo maxime differt a logographis, qui dicuntur, non solum causas traditarum rerum et conexus nobis enodavit, ita ut altius in singula quaeque inquireret et occulta quoque in lucem protraheret, sed etiam hominum invidiam et malevolentiam spernens libere res professus est neque quidquam reticuit quamvis inhonestum esset Graecis et contumeliosum. Atque ut veritatis amantissimum fuisse Herodotum demonstrem, immo Charonem de industria, ne laederet animos legentium, silentio transiisse quae ignominiosa erant vel periculosa, duo Charonis fragmenta examinanda propono, utrum Charoni an Herodoto fidem habere malimus in iis, quae ab utroque de Pactyae sorte et de rebus ad Sardes gestis memoriae tradita sunt. Jam ad tertium Persicorum fragmentum explicandum transimus quod scriptum est apud Athenaeum in Deipnosophistis [13]) et apud Aelianum [14]). Athenaei haec: „*Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τοῖς Περσικοῖς περὶ Μαρδονίου ἱστορῶν καὶ τοῦ διαφθαρέντος στρατοῦ Περσικοῦ περὶ τὸν Ἄθω γράφει καὶ ταῦτα· καὶ λευκαὶ περιστεραὶ τότε πρῶτον εἰς Ἕλληνας ἐφάνησαν πρότερον οὐ γιγνόμεναι.* Qui locus ad quod tempus sit referendus, ex Athenaei verbis satis apparet; cogitandum est de prima Mardonio duce Persarum in Graeciam expeditione, qui ubi ad Hellespontum venerunt, ponte in eo facto, ut copias traducerent, iam Thraciam erant invasuri, cum subito saevissima exorta est tempestas, qua navium serie, in qua pons navalis factus erat, interrupta, tota expeditio in vanum redacta est, nam ingens exercitus paene periit vel fluctibus vel feris vel Thracibus, qui reliquias exercitus necabant, navium vero maxima pars deleta est acribus procellis. Circa hoc tempus primum albas columbas visas esse in Graecia Charon scripsit, quae Persarum cladem portendissent. Iterum hoc loco ad Charonis verba explicanda Herodoti narra-

---

13) lib. IX pag. 458 ed. Schweigh.

14) Var. Hist. I, 15, verba haec: *Χάρων δὲ Λαμψακηνὸς περὶ τὸν Ἄθω φανῆναι περιστερὰς λευκὰς λέγει ὅτε ἐνταῦθα ἀπώλοντο αἱ τῶν Περσῶν τριήρεις περικάμπτουσαι τὸν Ἄθω.*“

tio mihi adducenda est, quae differt a Lampsaceni in eo quod apud Herodotum nihil traditum est de albis columbis; immo loquitur alio loco [15]) de morbo, quem Graeci *λεύκην* vel *λέπρην* nominant. Atque ut in hanc rem accuratius inquiram, Herodoti locum subiiciam: „*ὅς ἂν δὲ τῶν ἀστῶν λεύκην ἢ λέπρην ἔχῃ ἐς πόλιν οὗτος οὐ κατέρχεται οὐδὲ συμμίσγεται τοῖσιν ἄλλοισιν Πέρσῃσιν, φασὶ δὲ μὲν ἐς τὸν ἥλιον ἁμαρτόντα τι ταῦτα ἔχειν. ξεῖνον δὲ πάντα τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ τούτων πολλοὶ ἐξελαύνουσιν ἐκ τῆς χώρης καὶ λευκὰς περιστερὰς τὴν αὐτὴν αἰτίην ἐπιφέροντες.*“ Agitur hoc loco de duobus morbis, leuce et lepra, quorum uterque et lepra et leuce unum idemque genus significare videtur, quod lepra vocatur. Leucam sive *λεύκην* cutis *ἐξάνθημα*, pustulas in cute, vitiliginem esse Aristoteles declarat [16]) et appellationem inde ductam esse dicit, quod qui hoc morbo sint affecti eorum albescant capilli. Maxime in hoc morbo ratio habenda est hominum orientalium, qui plerumque sunt ornati nigris capillis, atque omnino *ἡ λεύκη* Graecis ille dicitur morbus, in quo cutis quaedam fit mutatio ad albidius quae ex viscosa glutinosaque pituita contrahitur et plerumque in interiorem corporis partem non penetrat; leprae habetur genus et cum ea ipsa haud raro confunditur nec satis accurate ab ea discernitur. Notissimum autem est, non solum Hebraeos sed omnes orientalium terrarum populos lepram valde aversatos esse. Persas scimus religiosissime evitasse leprosos, qui ab Ahrimano, malo genio, hoc morbo inflicti esse putabantur. Eiusmodi homines leprosi a reliquorum coetu secludebantur et contagium ut effugerent obviam euntes leprosis, preces erant faciendae, quae in sacris Persarum libris scriptae satis declarant Herodoti verba, praeter ea, quae dicta sunt de albis columbis. Nostris quoque temporibus hoc morbo affectos ab hominum consortio separatos et interclusos esse probatur ab iis, qui in has terras iter fecerunt. Quod propter peccata in Solem commissa leprositas corpora corripit, monet nos cum veterum quorundam superstitiositas, tum Graecorum hoc, quod leprosorum hominum morbi mitti putabantur ab Apolline propter peccata in se commissa succensente, atque huius sententiae probandae Aeschinis in epistula prima exemplum est perhibendum in qua Delii ab

---

15) I, 138. cf. Baehrii notam quam ego ad verba paene secutus sum in sequentibus.

16) Hist. Anim. III, 11. *ἐν δὲ τῷ ἐξανθήματι ὃ καλεῖται λεύκη πᾶσαι πολιαὶ γίνονται*; de lepra et leuce morbis cutaneis cf. Handbuch der speciellen Pathologie u. Therapie der Hautkrankheiten redigirt von R. Virchow III, 2 pag. 378—435 Stuttgart 1876.

Apolline irato morbo affecti esse pestifero traduntur: „τὰ μὲν πρόσωπα ἐπίμπλαντο λεύκης καὶ τὰς τρίχας λευκοὶ ἐγίγνοντο.“ Quod deinde ad verba καὶ τὰς λευκὰς περιστερὰς attinet, intelleguntur vulgo de albis columbis, quas aversati Persae dicuntur atque eiecisse, quod propter albi coloris similitudinem cum vitiligine laborantibus pallidam faciem atque canescentem prae se ferentibus invisae essent. At noli hoc credere: immo album colorem sanctissimum habitum a Persis religiosissimeque cultum esse, quod vitae innocentiam, integritatem morum, deorum et hominum pietatem indicaret, diligentissime demonstravit Josephus Hammer [17]; quare hoc loco sermo est non de albis columbis sed de columbis vitiligine laborantibus i. e. leprosis, quas aeque atque homines leprosos amotas et eiectas voluisse Persas manifestum est, vocem vero λευκός hoc loco non tam de albis quam de leprosis columbis ab Herodoto usurpatam

[17]) Wiener Jahrbücher vol. IX pag. 17 et 18. So z. B. weiss ist den Persern verhasste Farbe. Grade umgekehrt, weiss als das Symbol des Lichtes, der Reinheit, Unschuld und Frömmigkeit ist dem Perser die heiligste aller Farben. So heisst es im Bundehesch XIX: Taschter der schützende Genius der Wächter des Himmels kommt in Gestalt eines weissen Pferdes zum Kampf mit Diw Aperesch, der als schwarzes Pferd erscheint. Bundehesch VII: Die vier Himmelsvögel sind lichtweisser Farbe. Dieser Jsed(Mithras) hat zu mir geredet von vier Vögeln lichtweisser Farbe, die der Himmel nährt, die mit Reinigkeit reden, Goldfüsse tragen und wohl unterrichtet sind. Die ersten und vorzüglichsten Thiere, die Häupter derselben sind weiss: „Der fette Schafbock, dessen linkes Ohr weiss ist, ist Haupt alles Männlichen unter den Schafen und des ganzen Geschlechts erster; das Kameel mit zwei weissen Ohren ist aller Bergkameele oberster; der weisse Kakum (Hermelin) ist erstgebildeter aller rauchen Thiere wie geschrieben steht: Der weisse Kakum der an Grösse wächst wie die Amschaspands. Kaiomorots (der Stiermensch) des Menschengeschlechts erster, dessen Gestalt weiss und lichtglänzend war. Bundehesch XXIV: Unter den Bäumen ist der weisse der gesund und fruchtbarmachende. Bundehesch XXVII: Die weisse Lilie ist dem ersten der Amschaspande, Behmen heilig; der weisse Mastix dem Jsed (Genius des Wassers) die weisse Lotosblume dem Genius des Feuers. So erscheint auch in der Schrift der nach persischem Bilde weiss gekleidete Alte der Berge bei Daniel VIII, 9; und die Richter des Volkes ritten auf weissen Eselinnen (Buch d. Richter V, 10) wie noch heute die Sheiche in Aegypten. Am Feste Charremrus, den persischen Saturnalien, stiegen die Könige vom Throne und ritten in weisse Kleider gekleidet auf weissen Pferden (Hoc die veterum Persarum reges a throno descendentes et veste alba induti super albis equis equitantes. Hyde: Hist. relig. vet. Pers. p. 252.) Von weissen nisäischen Pferden wurde der weisse Wagen gezogen und weisse Pferde wurden als der Sonne heilig derselben geopfert. Wenn daher Herodot erzählt, dass die Perser die weissen Tauben hassten, so ist dies wie aus der ganzen Stelle erhellt nur von den aussätzigen zu verstehen, weil die Tauben wirklich mit Aussatz behaftet sind und die Perser den Aussatz als eine ahrimanische Krankheit hassten und flohen.

esse iure suo monet Hammer. Postremo si reputamus Charonem in brevissima Persarum historiae narratione de leprosis columbis verba fecisse; immo Herodotum nihil de hac re tradidisse, avidissimum illum fuisse in captandis narrandisque prodigiis et portentis constat; quae res explicanda est non tam ex eo, quod Charon aliique seriores scriptores narrationis sterilitatem et siccitatem inspersis quasi condimentis et illecebris mirabilium quarundam rerum legentium animos stimulantium occultare et contegere voluerint, quam ex artissima cum poesi antiquissimae historiae coniunctione, quippe cum apud vestustissimos historicos plurimarum rerum eventus ad deorum signa et omina relatos esse nemo sit qui nesciat, id quod Muellerus iure suo monet pag. XVIII. Postremo Tertulliani [18]) in verbis fragmentum e Charonis Persicis latet; describitur somnium illud notissimum Mandanes Astyagis filiae hoc modo: „Astyages Medorum regnator, quod filiae Mandanae adhuc virginis vesicam in diluvionem Asiae fluxisse somnio viderit Herodotus refert [19]); item anno post nuptias eius ex iisdem locis vitem exortam toti Asiae incubasse [20]). Hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradit.“ Diversa ab hac narratione Herodotea traduntur quae in Nicolai Damasceni fragmentis legimus [21]); dicitur Mandane formosa et nobilis filia Astyagis, Spitamae Medo desponsata atque collocata pro dote universa Media; matrimonium Cyri cum Mandane reticetur neque nomen eius proditur. Cyri parentes adsunt laeti fortuna filii; Cyro, qui iam in regia aula magna auctoritate gaugebat et pincernae dignitate ac munere fungebatur, Argoste mater somnium narrat, se gravidam factam sibi visam esse in templo dormientem eo tempore quo apud Mardos capras pasceret. Argosten in haec verba somniatam esse Nicolaus tradit [22]); „*ἔδοξα γὰρ, ἔφη; οὐρῆσαι τοσοῦτον κύουσα, ὦ Κῦρε, σὲ, ὥστε ποταμοῦ μεγάλου ῥεύματι ὅμοιον γενέσθαι τὸ πλῆθος τοῦ οὔρου καὶ κατακλύσαι πᾶσαν τὴν Ἀσίαν ῥυῆναι δὲ αὐτὸ ἄχρι θαλάσσης.*“ Quod somnium pater Atradates interpretandum Chaldaeis proponit respondentibus por-

---

18) de anima cap. 46.

19) Herodoti verba I, 107: „*Ἐνδέκεται δὲ Ἀστυάγης ὁ Κυαξάρεω παῖς τὴν βασιληίην καὶ οἱ ἐγένετο θυγάτηρ τῇ ὄνομα ἔθετο Μανδάνην, τὴν ἐδόκαι Ἀστυάγης ἐν τῷ ὕπνῳ οὐρῆσαι τοσοῦτον ὥστε πλῆσαι μὲν τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐπικατακλύσαι δὲ καὶ τὴν Ἀσίην πᾶσαν.*“

20) Herod. I. 108: „*Συνοικεούσης δὲ τῷ Καμβύσῃ τῆς Μανδάνης ὁ Ἀστυάγης τῷ πρώτῳ ἔτει εἶδε ἄλλην ὄψιν ἐδόκει δέ οἱ ἐκ τῶν αἰδοίων τῆς θυγατρὸς ταύτης φῦναι ἄμπελον τὴν δὲ ἄμπελον ἐπισχεῖν τὴν Ἀσίαν πᾶσαν.*“

21) F. H. Gr. III, pag 399.

22) fragm. 66.

tento significari Cyri in Asia summum honorem, at cavendum ne quid Astyages comperiret. Justinus[23]) de hoc somnio ita tradit: „Hic (scil. Astyages) per somnum vidit ex naturalibus filiae, quam unicam habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Asia obumbraretur.“ Vides igitur Herodotum et Charonem in tradendo portento consensisse, cum Nicolaus Damascenus et Justinus suam quisque traditionem secutus sit, sed tenendum mihi videtur iure cum Baehrio [24]) omnino moris fuisse apud orientales, ut gravissimae res publicae per somniorum interpretationes discernerentur, quibus in rebus magorum ut interpretum istorum somniorum summa erat auctoritas. Quod ad fontes attinet, e quibus suam quisque narrationem hausit, e Ctesia fluxisse verisimile est id, quod Nicolaus tradit, qui Cyro parentes adscribit Atradaten et Argosten, natione Mardos, humili conditione natos, quorum filius Cyrus nulla affinitate coniunctus cum regia stirpe, puer venerit ad regiam aulam et gratus factus Artembari pincernarum praefecto, amore et consuetudine eius ita creverit, ut mortuo Artembare filius eius legitimus declaratus, in praefecturam eius substitueretur et pater Atradates satrapes fieret; paulo post Cyrus ad summam dignitatem provectus, cum patre et Oebare Persa defectionem Persarum a Medis parat et postremo superior discedit[25]). In Herodoti et Charonis Justinique narratione Cyrus filius Mandanes e regia stirpe ortus dictus est, neque reticendum mihi est hoc loco Ctesiae traditionem praeferendam esse traditioni reliquorum, cum Ctesiae testimonium gravissimum videatur esse ideo, quod e regiis Persarum membranis, quae erant βασιλικαὶ διφθέραι, historiam suam contexuit et Herodoti singulos errores refutandos sibi proposuit. Et constat inter omnes, Herodotum praecipue ceterosque praeter Ctesiam communem atque usitatum in Graecia vestustiorum temporum morem secutos esse atque transtulisse in Persicas res. Herodoti enim narrationem de Cyri originibus et educatione reliquisque haud paucis Graeciam redolere et ad Graecorum fabulas fictam esse Dahlmannus dicit[26]), in narrandis vero Cyro nata-

23) I, 4.

24) In not. ad 1, 107 cf. 1, 95.

25) Accuratius hanc rem descriptam esse videbis in Nicol. Dam. fragm. 66 seqq. in F. H. Gr. III, pag. 397 seqq. ed. Mueller.

26) Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte Altona 1823. Herodot, aus seinem Buche sein Leben pag. 142. Auf allen Fall steht es mit Cyrus Abstammungs- und Jugendgeschichte ganz bedenklich; man braucht nur Ktesias zu vergleichen der den Kyros ausser aller Verwandtschaft mit dem medischen Königshause setzt und dann auf eine Fiktion Acht haben, durch welche man im Morgenlande sich über grosse

libus sponte Oedipi fata Graecorum in fabulis carminibusque celebrata in memoriam revocari, sicuti, quae de Oedipo circumferebantur, ea quodammodo ad Darium Hystaspis filium traducta esse, quem Ptolemaeus Hephaestio prodit a matre expositum, equae mammis altum, postea equae hinnitu regnum accepisse. Utcunque res se habet, Baehrii ego sententiae, quam sagacissime explicavit[27]), prorsus adstipulor: Cyrum re vera minime cum Astyage coniunctum vel e regia stirpe ortum, sed satrapen, aut regulum, aut Persarum tum temporis Medis subiectorum ducem, mota seditione, in locum Medorum regis evectum, omnem regis Medici potestatem, insignia reliqua assumpsisse et, quo melius ipse iure quodam legitimo aut hereditario regiam potestatem exerceret, Medorum regis filiam in matrimonium duxisse, neque aliud re vera significari, quam ut Persarum et Medorum regnum unum idemque esse ostendatur, in quo mutata dynastia principatum translatum esse videmus in alteram gentem[28]).

§ 6.

Ἑλληνικά.

Sequuntur in operum recensu apud Suidam Hellenica quattuor libris a Charone composita; atque difficillima mihi videtur quaestio in hoc opere describendo, nam primum nullum fragmentum extare, quod certe ad Hellenica referendum sit,

---

Unglücksfälle zu trösten wusste. Diese bestand darin, dass man sich und anderen einbildete der siegreiche auswärtige Eroberer sei eigentlich doch ein Zweig des alten einheimischen Königshauses, das durch ihn die Macht verlor. Es linderte die Unlust der Meder jetzt von Persern beherrscht zu sein, wenn sie von ihren Magiern erfuhren, Cyrus sei auf wunderbare Weise ihres alten Königs Astyages Enkel gewesen. Dergestalt nahmen auch die Aegypter an ihr Bezwinger Cambyses sei ganz im Stillen der Tochtersohn ihres Königs Apries gewesen. (Herod. III, 2.) Es hat aber der Zerstörer des persischen Reichs, Alexander, einerlei Schicksal mit dem Stifter erduldet. Die Morgenländer fabeln von Escander Dsulcarnein, (Alexander dem gehörnten d. h. dem mächtigen) dass er im Grunde vom Königl. Geblüte der Morgenländer abstamme und keineswegs aus einem Fremdlinge des Abendlandes zum Beherrscher Asiens gediehen sei. Der vorletzte König von Persien Darab Sohn des Beheman heirathete die Tochter König Philipps von Mazedonien schickte aber bald die schwangere aus persönlicher Abneigung ihrem Vater zurück, der das Kind nun aufzog und Sohn des Philipp benannte. Als aber Alexander seine wahre Abkunft erfuhr, bekriegte er seinen Bruder Dara (Darius Codomannus) und setzte sich als den ältesten Sohn des Darab und ächten Erben auf den Thron.

27) Herod. I, 95.

28) Plura et largiora qui scire desideret ipsam Baehrii dissertationem adeat explicatissimam ad I, 95 qua ego potissimum usus sum.

iam Creuzerus et Muellerus professi sunt, neque ego quidquam indagare potui, quod momenti esset ad Charonis Hellenica vel accuratius explicanda, vel ad fragmenta huc vulgo relata et stabilienda et augenda novis, si quae sint in literis usque ad nostrum tempus nondum repertis. Deinde iam in Characis Pergameni commemoratione Hellenica Lampsaceni cum Pergameni commutari potuisse monstravi, quorum mentio facta est apud Stephanum Byzantium [1]) s. v. *Ἀδράστεια* et *Ταίναρος*. Postremo in suspenso est *Ἑλληνικῶν* in libris, quid traditum, quae pars Graecorum historiae vel Graecarum rerum descripta, quo tempore initium ceperit, quo finita sit narratio; quas res omnes enucleari posse e paucis adeoque incertis fragmentis plane despero. Quare non est mirandum, si paucis contentus doctissimorum virorum de huius operis fragmentis sententias denuo examinatas in medium profero. Atque primum quidem Dionysii Halicarnassensis verba si quis legerit [2]): „*Οὐ μὴν Ἡρόδοτός γε τοῦτ' ἐποίησεν ἀλλὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν παρεκδεδωκότων οὐκ ἀπετράπετο ἀλλ' ἐπίστευσεν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν· ὅπερ καὶ πεποίηκεν*,“ non negabit, mentionem quidem factam esse operis cuiusdam vel omnino historicae artis Lampsaceni, sed de solis Hellenicis cogitandum esse nemo audebit profiteri, cum Dionysii verba, utrum ad Hellenica an ad Persica spectent, plane nesciamus. Probare enim vult Halicarnasseus auctor, Herodotum longe superare priorum temporum historicos, qui satis habuerint summa tantum rerum gestarum capita tetigisse, neque unquam altius in causas earum et conexum inquisiverint; sed ieiunam illam et siccam rerum narrationem, nullis condimentis sparsam antiquissimorum historicorum, omissam et in copiosissimam singula quaeque rerum momenta depingentem mutatam esse ab Herodoto, iure suo praedicat antiquitatum narrator; atque hanc Herodoti laudem et in arte historica progressum intellegimus e Plutarchi verbis [3]) vituperantis quidem Herodoti narrationem copiosiorem atque ad singula descendentem, qua ne abstinuerit quidem ab inhoneste et contumeliose Graecorum res gestas libere profitendo, id quod in Charone Lampsaceno amantissimo brevitatis et simplicitatis popularique aurae inserviente summopere desideramus. Sed dilui hanc incriminationem videmus eo, quod res a Cha-

---

1) *Ἀδράστεια ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου τοῦ Ἴδης τῆς πρῶτον βασιλευσάσης ἐν Τροίᾳ ὡς Χάραξ Ἑλληνικῶν δευτέρᾳ Ταίναρος εἰσὶ δὲ καὶ Ταινάριοι Θῆβαι (Θῆκαι* Meineke) *ὡς Χάραξ Ἑλληνικῶν δευτέρῳ.*

2) Judicium de Thucyd. Hist. Vol. VI pag. 769 ed. Reiske.

3) De malignit. Herod. pag. 859a et 861c et d ed. Dan. Wyttenb.

rone summatim ac brevissime traditas Herodotus accuratissime et diligentissime in singula quaeque summa religione inquirens, in copiosissimis novem Musarum libris exposuit. Iam Plutarchi[4]) verba de Themistoclis fuga nobis occurrunt, quae optime inserenda essent Hellenicorum libris, nisi Persica extarent, in quibus Themistoclis ad Persarum regem adventum eodem iure narrari potuisse nemo non intellegit. Quamquam in hac re nihil certo iudicio discerni poterit, tamen mihi videtur verisimile esse, fugam hanc memoratam fuisse minus in Hellenicis quam in Persicis ea de causa fortasse, quod Charon, ut Mitylenaeorum et Chiorum animos laedere noluerat, ita in Hellenicis a Graecis lectitatis reticuit ingratissimum Graecorum et crudelissimum facinus in Themistoclem commissum, qui Persis appropinquantibus Athenienses et consilio et prudentia adeo adiuvit, ut ingentes Persarum copias in campo Marathonio in fugam converterent, ut urbe relicta, se suosque servarent, ut hostium classe ad Salaminem insulam plane devicta, rex confestim in Asiam properaret. Ut Graecis Themistoclis sors opprobrio verti poterat, ita Persis honestissimum fuit, quod patria pulsum, aetate iam provectum, inimicissimum sibi, ut hospitem receperunt Themistoclem, qui totum se dedit regi et adeo crevit auctoritate apud Persas, ut tres urbes Lampsacum, Magnesiam, Myuntem in usuram perpetuam acciperet. Postremo me movet summi viri[5]) sententia, ut narrationem de Themistoclis fuga Persicis inserere malim ea de causa, quod adhuc disceptatio est inter eruditos, utrum Hellenica opus proprium fuerint, an ad annales Lampsacenorum referenda sint, ut Muelleri[6]) est iudicium. Restat ut ad tertium, quod certiore iudicio ad Hellenica referendum sit, ut Creuzerus affirmat pag. 107, accedamus fragmentum diiudicandum, quod est apud Pausaniam X, 38, quo loco agitur de carminibus, quae dicuntur Naupacticis. Verba haec: „*Τὰ δὲ ἔπη τὰ Ναυπάκτια ὀνομαζόμενα ὑπὸ Ἑλλήνων ἀνδρὶ ἐσποιοῦσιν οἱ πολλοὶ Μιλησίῳ· Χάρων δὲ ὁ Πύθεω φησὶν αὐτὰ ποιῆσαι Ναυπάκτιον Καρκίνον· ἑπόμεθά τε καὶ ἡμεῖς τῇ τοῦ Λαμψακηνοῦ δόξῃ· τίνα γὰρ καὶ λόγον ἔχοι ἂν ἔπεσιν ἀνδρὸς Μιλησίου πεποιημένοις ἐς γυναῖκας τεθῆναι σφισιν ὄνομα Ναυπάκτια.*“ Jam ipsum fragmentum accuratius intueamur. *Τὰ ἔπη τὰ*

---

[4]) cf. § 1 not. 23.

[5]) A. Schaefer annalibus Lampsacenis Hellenica inserenda et commemorationem Themistoclis fugae factam esse in Persicis contendit in: Abriss der Quellenkunde der griechischen Geschichte bis auf Polybius. Leipzig 1873. p. 14.

[6]) F. H. Gr. 1, pag. XX.

Ναυπάκτια dicuntur genus quoddam carminum Graecorum, quae similitudinem quandam habent cum illis versibus heroicis, qui Eoeae appellantur, quique vulgo Hesiodo adscribuntur. Canuntur in Eoeis feminae illustres, quae cum diis congressae clarissimos filios et filias pepererunt, qui heroes et heroides appellati sunt; Eoeae dicuntur a Graecis verbis *ἢ οἵη*, quibus alterius feminae descriptio in Hesiodi carmine significatur. Quod ad carmina Naupactica attinet, primum putabantur [7]) facta esse ad Heraclidarum in Peloponnesum reditum celebrandum, qui ad Naupactum [8]) Aetoliae naves fabricati erant, ut sinum Corinthiacum transgrederentur. Sed rem longe aliter se habere Pausaniae verba aperte docent; scripta erant carmina *ἐς γυναῖκας*, quae in fabulis illustres habentur una cum earum prosapiis; a Pausania in eundem carminum ordinem numerantur, quo Eoeas reponit et carmina Cynaethonis et Asii [9]) (*ἃ Κιναίθων καὶ Ἄσιος ἐγενεαλόγησεν*). Naupactica dicuntur a patria auctoris qui in hac urbe natus erat. Sunt igitur *τὰ ἔπη τὰ Ναυπάκτια* antiquissimum carmen epicum, quod genealogicum fortasse appellari potest ea de causa, quod in iis ut in Eoeis mulieres depinguntur earumque cum dis consuetudo una cum enarratione originis cuiuslibet; huius meae sententiae auctor est Pausanias IV, 2 in verbis: [10]) *πυθέσθαι δὲ σπουδῇ πάνυ ἐθελήσας οἵτινες παῖδες Πολυκάονι ἐγένοντο ἐκ Μεσσήνης ἐπελεξάμην τάς δὲ Ἠοίας καλουμένας καὶ τὰ ἔπη τὰ Ναυπάκτια πρὸς δὲ αὐτοῖς ὁπόσα Κιναίθων καὶ Ἄσιος ἐγενεαλόγησεν.* Si igitur Eoeas et carmina Naupactica consuluit, ut, quos liberos habuerit Polycaon cum Messene procreatos, disceret, in carminibus illis ut in Eoeis illustrium feminarum historias earumque originem et prolem descriptam esse nemo non intelleget. In his feminis cum Medea quoque memorata esset (Pausan. II, 3), Argonauticae res narrationi insertae erant ab auctore. Jure suo Groddeckius [11]) suspicatur, in carminibus Naupacticis Coronidis Aesculapii ma-

---

7) Cf. Heyne ad Apollodorum pag. 369 et pars II, 1 pag. 275.

8) Steph. B. s. v. *Ναύπακτος*. „*Ναύπακτος πόλις Αἰτωλίας ἀπὸ ναυπηγίας τῶν Ἡρακλειδῶν ὡς Ἔφορος καὶ Στράβων.*" Pausan. X, 38: „*ἐπὶ Ναυπάκτῳ γε οἶδα ὡς Δωριεῖς οἱ ὁμοῦ τοῖς Ἀριστομάχου παισὶν τὰ πλοῖα αὐτόθι ἐποιήσαντο οἷς ἐς Πελοπόννησον ἐπηραιώθησαν καὶ ἀντὶ τούτου γενέσθαι τὸ ὄνομα τῷ χωρίῳ φασίν.*"

9) De Asio cf. Bernhardy Gr. L. Gesch. 2, 1 ed. III pag. 338, de Cynaethone 1 ed III. pag. 359—360 et Weichert: Leben und Gedicht des Apollon. Rhod. pag. 238.

10) cf. II 3.

11) Bibliothek der alten Literatur und Kunst, zweites Stück Göttingen, 1787 pag. 90 seqq.

tris sortem et fabulosum interitum descriptum esse, quam rem ab Apollodoro [12]), ubi sermo est de Hippolyto ab Aesculapio resuscitato, probatam esse videmus verbis *ὡς ὁ τὰ Ναυπακτικὰ συγγράψας λέγει.* Apud scholiasten in Apollonii Rhodii Argonautica carmina Naupactica identidem citata legimus, atque ut de iis largiora afferam, paucis mihi inquirendum erit in nonnullos scholiastae locos. Primum non est praetermittendum, Apollonium in condendis Argonauticis praeter carminum Naupacticorum unum locum [13]) alios fontes secutum esse, quos notatos apud commentatorem reperimus. Cum carminibus Naupacticis solis consentit Apollonius in tradenda fabula de Harpyarum fuga, ut est apud scholiasten ad II, 299; *κευθμῶνα δὲ τὸ σπηλεῖον καὶ τὴν κοιλάδα φησὶν ἐς ἣν κατέδυσαν αἱ Ἅρπυιαι· τοῦτο δέ φησι καὶ Νεοπτόλεμος ὁ τὰ Ναυπακτικὰ ποιήσας.* In reliquis locis differt ab auctore carminum Naupacticorum narratio Argonauticorum, ut scholiastes disserte monet ad versus III, 242, III, 515—523 IV, 59, 86, 87. [14])

---

12) lll, 10, 3 in F. H. Gr. l pag. 166.

13) Cf. Weichert l. l. pag. 217.

14) Locos citatos subiiciam: lll, 242: „*Τὴν δὲ Καυκασίην νύμφην ὁ μὲν τὰ Ναυπακτικὰ ποιήσας Ἐριαύγην λέγει.*“ lll, 515: „*ἰστέον δὲ ὅτι ὁ μὲν Ἀπολλώνιος τοὺς τρεῖς μόνους λέγει ὑποστῆναι ζεῦξαι τοὺς βόας. ὁ δὲ Ναυπακτικὰ ποιήσας πάντας ἀριθμεῖ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ φερομένου ἀριστεῖς ἔτι δὲ ὁ μὲν Ἀπολλώνιος Ἄργον φησὶν ἐμποδίσαι τοὺς ἥρωας ὑποστῆναι βουλομένους τὸν ἀγῶνα ἐν δὲ τοῖς Ναυπακτικοῖς Ἴδμων ἀναστὰς Ἰάσωνι κελεύει ὑποστῆναι τὸν ἆθλον.*“ IV, 59: „*παρὰ δὲ τῷ τὰ Ναυπακτικὰ πεποιηκότι οὐκ ἔστιν κατὰ τὴν ἰδίαν προαίρεσιν ἐξιοῦσα ἡ Μήδεια ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑστίαν (ἑστίασιν) καλουμένη.*“ IV, 86: „*Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ μὲν Ἀπολλώνιος νυκτὸς πεφευγέναι τὴν Μήδειάν φησιν ἐπὶ τὴν ναῦν Αἰήτου συνέδριον ἔχοντος Κόλχων περὶ διαφθορᾶς τῶν ἡρώων· ὁ δὲ τὰ Ναυπακτικὰ πεποιηκὼς ὑπὸ Ἀφροδίτης φησὶν τὸν Αἰήτην κατακοιμηθῆναι ἐπιθυμήσαντα συγγενέσθαι τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ Εὐρυλίτῃ δεδειπνηκότων παρ᾽ αὐτῷ τῶν Κόλχων καὶ κοιμωμένων διὰ τὸ βούλεσθαι αὐτὸν ἐμπρῆσαι τὴν ναῦν.*

„*Δὴ τότ᾽ ἄρ᾽ Αἰήτῃ πόθον ἔμβαλε δῖ᾽ Ἀφροδίτη*
Εὐρυλίτης φιλότητι μιγέμεναι ἧς ἀλόχοιο
Κηδομένη φρεσὶν ᾗσιν ὅπως μετ᾽ ἄεθλον Ἰήσων
Νοστήσῃ οἰκόνδε σὺν ἀγχεμάχοις ἑτάροισιν.“

(Hi versus e carminibus Naupacticis excerpta sunt a scholiasta nec est dubitandum quin *τὸ ἔπη τὰ Ναυπάκτια* quod ad verborum conexum et usum attinet summopere Homericam, ut ita dicam, poesin redoleant id quod monet Groddeckius l. l.)

Ὁ δὲ Ἴδμων συνῆκε τὸ γεγονὸς καί φησιν

„*Φευγέμεναι μεγάροιο θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν.*“

Τὴν δὲ Μήδειαν τὴν ποδοψοφίαν ἀκούσασαν ἀναστᾶσαν συνεξορμῆσαι αὐτοῖς.“ IV, 87: „*ἔτι δὲ ἰστέον ὅτι ὁ μὲν Ἀπολλώνιος μετὰ τὸ φυγεῖν τὴν Μήδειαν ἐκ τῶν τοῦ Αἰήτου οἴκων πεποίηκεν ὑπισχνουμένην δώσειν τὸ κῶας τῷ Ἰάσωνι ὁ δὲ τὰ Ναυπακτικὰ πεποιηκὼς συνεκφέρειν αὐτὴν τὸ κῶας φησίν, ἔκειτο γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Αἰήτου.*“

At ne longius abducar, iam auctorem eruamus Naupacticorum carminum; secundum Pausaniam [15]) erant, qui haec carmina Milesio cuidam tribuerent (ἀνδρὶ ἐσποιοῦσιν οἱ πολλοὶ Μιλησίῳ), cuius nomen non extat. In scholiis ad Argonautica II, 299 Neoptolemus auctor perhibetur, de quo nihil praeter nomen reliquum est, nisi forte idem est Neoptolemus apud Athenaeum [16]) ὁ Παριανὸς appellatus, qui Dionysiadem scripserat cuiusque glossae a pluribus memorantur. Sed res valde in proclivi est nec diiudicari potest, num ἀνὴρ Μιλήσιος Pausaniae Neoptolemus ille Athenaei et Apollonii scholiastae fuerit, ut Heynius vult in not. ad Apollod. biblioth. III pag. 988. Nec praetermittenda mihi videtur esse Groddeckii suspicio l. l., in condendis Naupacticis carminibus plures occupatos fuisse auctores, ita ut singula carmina singulos auctores habuerint; augetur difficultas in hac re eo, quod Neoptolemus, si carmina illa fecisset, ante Charonis aetatem vixisse et scripsisse statuendus esset, id quod nemo sana mente audebit contendere. Praeterea alter Neoptolemus extat tragoediarum praeclarus scriptor, qui Philippi Macedonum regis temporibus floruit. Utcunque res se habet, mea quidem sententia adhuc probandum restat, Neoptolemum Naupacticorum carminum auctorem fuisse. Eo magis arridet mihi Charonis sententia, Naupacticorum scriptorem Carcinum illum vetustissimum poetam Naupacticum fuisse dicentis. Quamquam de hoc Carcino poeta nullum nisi Pausaniae testimonium afferre possumus, tamen verisimillimum videtur esse, Carcinum carmina illa condidisse, quae Naupactica, ut iam dixi, appellantur ab auctore ipso, ut Κύπρια ἔπη a Stasino in insula Cypro nato nuncupata sunt. Tres a Suida recensentur Carcini poetae, Agrigentinus, Atheniensis, Xenoclis filius, tertius nomine omisso poeta Atticus appellatur. Athenis duos Carcinos vixisse constat e Meinekii Com. Hist. crit., quorum alter vetustior ab Aristophane in comoediis (nub. 1263, pax 794) illuditur, alterius iunioris adhuc extant tituli tragoediarum quarundam, ut Medea, Semele, Oedipus, Thyestes; Agrigentinus fortasse idem est atque Atheniensis; ab his poetis tragicis plane diversus est Carcinus [17]) Naupactius, qui cyclicus poeta perhibetur a Pausania et Naupacticorum carminum conditor.

---

15) X, 38.

16) III. p. 82d: „Νεοπτόλεμος δ'ὁ Παριανὸς ἐν τῇ Διονυσιάδι καὶ αὐτὸς ἱστορεῖ κτέ."

17) De Carcinis cf. Meineke: Hist. crit. Com. Graec. pag. 505 seqq. et Pauly Realencyclopädie s. v. Carcinus.

§ 7.

Ὧροι Λαμψακηνῶν.

(περὶ Λαμψάκου — πρυτάνεις [ἢ ἄρχοντες] οἱ τῶν Λαμψακηνῶν)

Accedo ad illud Charonis opus, quo urbem Lampsacum, eius orginem, magistratus, sacra descripsit, quo Lampsaci historiam inde ab urbe condita usque ad ipsius aetatem contexuit. Tres a Suida huius operis commemorantur tituli, quorum, quem Charon operi suo dederit internosci vix potest. Sed utcunque res se habet, negari nequit, in tribus Suidae titulis nihil aliud quaerendum esse, nisi diversas diversorum temporum significationes unius eiusdemque quod Charon condidit operis, quas Suidas in conscribendo lexico e variis fontibus haustas tradidit, ita ut singuli tituli ad singula opera pertinere videantur. Sed res longe aliter se habet; tituli a Suida traditi hi sunt: περὶ Λαμψάκου i. e. de Lampsaco, sive Lampsaci descriptio; ὧροι Λαμψακηνῶν, annales Lampsaceni, sive rerum memorabilium per singulorum annorum decursum enarratio; πρυτάνεις (ἢ ἄρχοντες) οἱ τῶν Λαμψακηνῶν i. e. magistratus Lampsacenorum. De his tribus titulis primum mihi erit disserendum; verisimillimum est, Charonem operi tribuisse titulum περὶ Λαμψάκου, quia simplex est et aptissime significat id, quod Charon sibi proposuit: voluit enim scribere de Lampsaco urbe. Erat autem haud indignum Charone facinus quod patriam urbem descripsit eiusque gloriam trans fines propagavit literis. Alter titulus, ὧροι Λαμψακηνῶν, non minus quam prior proprius videtur esse Charoni, quia Ionum maxime est vox ὧρος, qua significatur annus, et plurali numero ea, quae per singulos annos facta scripto signantur, i. e, annales, ut graece χρόνος — χρονικά. Scriptum autem est apud Suidam ὅροι, quae vox idem valet atque fines, et magna dissensio exorta est inter eruditos, utrum legendum sit ὅροι an ὧροι; nam utraque lectio exhibetur in codicibus et accipi potest, quia sensui non adversatur. In hanc rem, cum necesse sit, accuratius inquirere, doctissimi de voce ὧρος Schweighaeuseri dissertatio mihi promenda est, quam scriptam invenies in Animadversionibus ad Athenaei Deipnosophistôn lib. IV. cap. 76 Tom. II pag. 645 ad verba: Νεάνθης ἐν πρώτῳ ὥρων. Agitur primum de vocibus ὅρων, ὡρῶν et ὥρων, quae in Athenaei aliorumque scriptorum libris scriptae extant, ubi de operibus historicis sermo est. Vocis ὅρος significatio notissima et valdo trita est; ὥρα significat anni partem, quare ὧραι anni partes, anni tempora, ut Villebrunius vult dicens:

„dans le premier livre des saisons". In Athenaei libris XI pag. 470b et VII pag. 296a extat ἐν δευτέρῳ ὡρῶν, quem locum in secundo libro de tempestatibus interpretatur Dalecampius; apud poetas comicos quoque titulus ὧραι reperitur, ut apud Cratinum et Aristophanem. Sed in Athenaei citatis libris non sermo est de anni partibus vel temporibus, sed de re, e veterum temporum memoria repetita; scripta enim Neanthis et Theolyti sunt historica, quare mutandas esse lectiones ὅρους, ὥρας in ὥρους [1]) suo iure Schweighaeuserus contendit et vertendum primo, secundo annalium vel chronicorum libro. Quid autem sit ὧρος, ὡρογράφος, ὡρογραφία, Diodori Siculi [2]) locus aperte nos docet: „Παραπλήσια δὲ λέγουσιν καὶ περὶ τῶν τριακόσια ἔτη δοκούντων ἄρξαι· κατ' ἐκείνους γὰρ τοὺς χρόνους τὸν ἐνιαυτὸν ἀπαρτίζεσθαι τέταρσι μησὶ τοῖς γινομένοις κατὰ τὰς ἑκάστων τῶν χρόνων ὥρας οἷον ἔαρος, θέρους, χειμῶνος· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ παρ' ἐνίοις τῶν Ἑλλήνων τοὺς ἐνιαυτοὺς ὥρους καλεῖσθαι καὶ τὰς κατ' ἔτος ἀναγραφὰς ὡρογραφίας προσαγορεύεσθαι. Erotianus Jonicarum vocum interpres, in lexico Hippocrateo pag. 396 ed. Franzius scribit: „ὧρος ὁ χρόνος καὶ ὡρογράφοι οἱ περὶ χρόνου γράψαντες." Hesychius s. v. ὡρογράφοι: „ἱστοριογράφοι [3]) τὰ κατ' ἔτος πραττόμενα γράφοντες, ὧροι γὰρ οἱ ἐνιαυτοί." Etymol. M. „ὧρος ὁ ἐνιαυτός˙. . . . καὶ ὡρογραφίαι αἱ κατ' ἐνιαυτὸν ἀναγραφαὶ γινόμεναι τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν [4])." Apud Suidam ὧρος idem valet atque ἐνιαυτός, vocem ὡρογραφία eiusdem Suidae, quod versio deest, Custerus in versione latina verbis: horarum descriptio exprimit; Aemilius Portus interpretatus erat: „Horarum descriptio vel annales: ὧραι enim sunt quattuor anni tempestates et ὧρος est annus, ὡρογράφος annalium scriptor." Prior interpretatio, Horarum descriptio, plane refutatur a Schweighaeusero, quod nullo veterum testimonio firmata sit, in alteram omnes consentire dicit: ὧρον annum dixisse veteres Graecos omnes glossographos adnotasse. „Mirum vero, ait, Schweighaeuserus omnino debebat videri, cum omnes isti lexicographi nos doceant, ὡρογράφους dictos olim fuisse annalium scriptores et ὡρογραφίας dictas esse descriptiones rerum memorabilium in civitatibus gestarum iuxta annorum seriem digestas. Quid ergo esset, quod in infinito numero librorum

---

[1]) Fortasse ὅρος idem valet atque ὧρος ex antiquissimo usu scripturae o pro ω cf. Schweigh. not. ad Athen. l. XI pag. 475.

[2]) I, 26.

[3]) cf. Censorin. d. d. nat. 19, 6.

[4]) Zonaras pag. 1891 ὡρογραφίαι αἱ κατ' ἐνιαυτὸν ἀναγραφαὶ γινόμεναι τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν· ὧρος γὰρ ὁ ἐνιαυτός.

historicorum, quorum tituli ab iis scriptoribus, qui ad nostram aetatem supersunt, commemorantur, ne unus quidem reperiatur, cuius in titulo vestigium conspiceretur vocabuli ὧρος, a quo ὡρογράφοι nomen habuere. At salva res est. In Jonicorum praesertim autem Joniae vicinorum scriptorum historicis operibus nomen illud quaerendum esse probabile ex eo fiebat, quod Erotianus Jonicarum glossarum interpres in lexico suo Hippocrateo utrique vocabulo ὧρος et ὡρογράφοι locum dedisset.“ Praeter duos scriptores, Neanthem Cycicenum e Joniae vicina Mysia, et Theolytum Methymnaeum, ex Lesbo insula, qui libris quibusdam historicis suis nomen ὥρων [5]) i. e. annalium vel chronicorum inscripserunt, apud Athenaeum plurium aliorum auctorum mentio facta est, qui singularum civitatum Jonicarum ὥρους condiderunt, quod nomen imperitia temeritateque editorum et librariorum abscuratum videmus. Illud enim nomen aut corruptum est in ὡρῶν vel ὅρων, aut vulgaris scriptura extat ὅρων; in locis quibusdam vera lectio in membranis opportune servata est. Jam multorum scriptorum operibus, antea inscriptis aut ὧραι anni tempora, aut ὅροι, fines, verum ac iustum titulum restituit Schweighaeuserus et quidem his locis: VI, 267a; VII, 361c; XI, 475b et c et 470b; XII, 540d; XIII, 562f et 520d; XIV, 650 et 653f; XV, 696e. Numerandus igitur est Charon inter illos rerum scriptores, qui ὡρογράφοι appellantur, quorumque e numero antiquissimus est; atque ut ὡρογράφων historiolam quasi edam, summis sane lineis adumbratam, de his annalium scriptoribus pauca disseram [6]). Horographi pertinent ad genus logographorum; quod ad logographiam omnino attinet, originem quaerere debemus penes Jones, e quibus primi extiterunt rerum scriptores, qui deorum et semideorum fabulas narrarunt, qui κτίσεις et περιηγήσεις condiderunt, qui urbium singularum praecipue patriarum historiam inde ab origine usque ad cuiusque aetatem insertis mythicis narrationibus exornarunt. In his urbium descriptionibus, cum singularum rerum continuus nexus secundum chronologicam quandam rationem desideraretur, narratio ita instituta est, ut praecipue in Jonicis civitatibus secundum annuos magistratus res gestae exponerentur; quo factum est, ut historicorum quo-

---

[5]) Cf. Κοραῆς (Coraes): Σημειώσεις κριτικαὶ εἰς τὰ Αἰθιοπικὰ τοῦ Ἡλιοδώρου μέρος Β pag. 313.; quod ad etymologiam vocis ὧρος attinet sine dubio cohaeret cum radice Hebraica אר cf. voces אורה, איר, אור vid. Corais not. crit. l. l.

[6]) In hac, quae sequitur, explicatione horographorum Stiehlei dissertatio, inserta Phil. vol. VIII pag. 398 seqq. et inscripta: „Die griechischen Horographen“ plurimum me adiuvit.

6

rundam genus exoriretur, qui res memorabiles sub annuis magistratibus collegerunt collectisque nomen ὥρων dederunt, ideo quod apud Jones annus ὧρος vocatur, quodque ὧροι significant res, quae per singulos annos sub singulis magistratibus muneribus publicis fungentibus, acciderunt et commemoratione dignae habebantur; vocati autem sunt illi rerum scriptores ὡρογράφοι, quia ὥρους i e. annales scripserunt. Primus illorum, quod ad tempus attinet, est Charon Lampsacenus, qui patrios annales condidit, in quibus, ut e fragmentis elucet, et originem urbis et situm et Lampsacenorum cum finitimis populis rixas descripsit et sacra tetigit, ut concludere debemus e fragmento [7]) apud Photium 182,20 s. v. Κυβηβός, a Schaefero Charoni iure vindicato; spectat ad Magnam vel Idaeam matrem, quae Lampsacenos et omnes fere Asiae minoris incolas deditissimos habebat cultores.

Alter annalium scriptor est Phanias Eresius [8]), Aristotelis discipulus, qui ὥρους vel πρυτάνεις Ἐρεσίων condidit; scripti erant annales de Lesbo insula secundum ordinem annuorum magistratuum; fragmenta extant apud Athenaeum tria; [9]) e Phaniae scriptis auctorem Marmoris Parii nonnulla delibasse Boeckhius demonstravit [10]).

Tertius est Eugeon Samius [11]), Phania vetustior, a Dionysio Halicarnasseo inter ἀρχαίους συγγραφέας relatus, quem annales Samios scripsisse probabile fit eo, quod Eratosthenem scimus Samiis annalibus fontibus usum esse in scribendo opere suo, ut est apud Lactantium [12]): „Sextam Samiam (scil. Sibyllam) fuisse, de qua scribit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum reperisse se scriptum" [13]).

Quartus est Duris Samius [14]), qui temporibus Ptolemaei Philadelphi vixit, qui praeter alia multa ὥρους quoque Σαμίων

---

7) Cf. F. H. Gr. Add. IV, pag. 627.

8) Cf. Suid. s. v. Strab. XIII p. 618. Ebert: dissert. Siculae pag. 76 seqq. et pag. 86. Diatribe de Phania Eresio philos. perip. scr. A. Voisin Gand. 1824 et S. L. Plehn: Lesbiaca Berol. 1826.

9) I pag. 16e et 48d; VIII pag. 333a; reliqua apud Muellerum F. H. Gr. II pag 293.

10) Cf. C. J. Gr. vol. II pag. 304.

11) Cf. F. H. Gr. II pag. 16 et Addend. IV, pag. 653.

12) I cap. 6 pag 45 ed. Walch.

13) Eugeonis fortasse est fragmentum apud Ant. Car. Mir. c. 132 et apud Tzetzem Chil. I, 144, quo loco Muellerus legit: παρ' Εὐγαίονι ἐν Σαμιακοῖς λόγοις pro παρ' Αἰνείᾳ cf. Add. IV, pag. 653.

14) Eckertz: De Duride Samio imprimis de eius in rebus tradendis fide dissert. Bonn. 1842 cf. F. H. Gr. II, 466.

scripsit, quos collectos habemus ab Hullemano [15]). Pertinebant annales ad historiam, res sacras, artes, literas Samiorum, et quod ad temporum definitionem attinet, ad ordinem chronologicum Junonis sacerdotum in insula Samo cultae compositi erant [16]).

Quintus est Aethlius Samius, [17]) de cuius aetate ac vita nihil novimus; scripsit annales Samiorum, quorum e quinto libro duo extant fragmenta apud Athenaeum XIV, 650e et 653f; usus est dialecto Jonica, ut apparet ex Etym. M s. v. *νένωται: Νένωται ὁ Ἄθλιος;* scribendum est *Αἔθλιος ἐν τοῖς Σαμίων ὥροις· ἀλλὰ λέξασθαι νένωνται; νένωμαι* perfecti passivi forma Jonica pro *νενόημαι* intellegenda est [18]). Postremo reperitur fragmentum apud Clementem Alexandrinum, [19]) quod momenti est propterea, quod annales scripti erant secundum ordinem *ἀρχόντων ἐπωνύμων,* et quod restaurationem Herae statuae factam esse dicit Aethlius *ἐπὶ Προκλέους ἄρχοντος* [20]).

Sextus, qui *ὥρους* condidit, est Alexis Samius [21]), cuius duo fragmenta leguntur apud Athenaeum [22]); tradita erat in his annalibus Sami oppugnatio per Periclem facta, et nonnulla e Polycratis vita; fortasse tota Sami insulae historia effusius descripta erat.

Septimus, Potamon Mitylenaeus [23]), Lesbonactis [24]) philosophi Mitylenaei filius, Romae vixit sophistes sub Tiberii imperio, cuius eximio favore summopere gaudebat; [25]) popularium vero summa auctoritate videtur fruitus esse, [26]) ut concludere

---

15) Duridis Samii quae supersunt ed. J. G. Hulleman Trai. ad Rhen. 1841.

16) cf. Panofka: Res Samiorum et F. H. Gr. II pag. 468: „in hoc quoque opere non acquievit Duris argumenti varietate quam ipsa insula civili historia, deorum cultu, literis, artibus clarissima praebebat sed latius saepe ad alieniora exspatiatus est. Tempora rerum adornaverit secundum catalogum sacerdotum Junonis."

17) Cf. F. H. Gr IV pag. 287.

18) Lactantii locum de Sibylla Samia sumptum esse Muellerus vult ex Aethlio, Stiehle ex Eugeone, sed vix internosci potest, cum uterque Samiorum annalium auctor citetur. cf. F. H. Gr. IV, 288 et Stiehlei dissert. l. not. 6. „Die griechischen Horographen."

19) Protrept. cap. IV pag. 13 ed. Sylburg.

20) Largiora quaeras velim apud Stiehleum in dissert. l.

21) F. H. Gr. IV pag. 299.

22) XII pag. 540d et XIII pag. 572f.

23) cf. F. H. Gr. III pag 505.

24) cf. Suid. s. v. *Λέσβος* et *Λεσβῶναξ.*

25) cf. Suid. s. v. *Ποτάμων Λ.* et Strab. XIII p. 617.

26) A Strabone l. l. reponitur inter celebres Mitylenaeorum viros et magnus declamator commemoratur a Seneca in Suas. c. 2.

possumus ex inscriptione marmoreae sellae, ubi *Ποτάμωνος τοῦ Λεσβώνακτος προεδρία*[27]) commemoratur; secundum Lucianum in Macrobiot. 23 nonagesimum aetatis annum assecutus est; diversus est ab annalium scriptore Potamon philosophus Alexandreus, qui Augusto imperatore eclecticae sectae[28]) auctor perhibetur, quae Potamonica vocata est.

Octavus est Theolytus Methymnaeus[29]), incertae aetatis annalium Methymnaeorum scriptor, cuius *ὧροι Μηθυμναίων*[30]) commemorantur apud Athenaeum[31]).

Nonus plane ignotus horographus est Malacus[32]), quem respicit Eustathius[33]): „*Μνησθέον καὶ τοῦ μαλακὸς ὀξυτόνου ἐπιθετικοῦ καὶ τοῦ Μάλακος προπαροξυτόνου κυρίου. Ἱστορικὸς δὲ ἦν ἐκεῖνος ὡς ἱστορεῖ ὁ δειπνοσοφιστής.*“ Apud Athenaeum Siphniorum annalium auctor citatur[34]).

Decimus annalium scriptor Ephesiorum, Creophylus Ephesius[35]), diversus est a Samio Creophylo, Homeri, ut vulgo creditur, hospite vel magistro; *ὧροι* eius memorantur apud Athenaeum[36]).

Undecimus, Artemon Clazomenius[37]), discernendus a Pergameno, Cassandrensi, Magnesio ceterisque Artemonibus; *ὧροι* eius memorantur apud Aelianum[38]).

Duodecimi, Heropythi Colophonii,[39]) annalium Colophoniorum scriptoris incertae aetatis *ὧροι* exhibentur apud Athenaeum[40]).

Decimus tertius, Neanthes Cyzicenus[41]), Philisti, Milesii rhetoris discipulus, celeberrimus, ut videtur, scriptor, utpote qui saepissime citetur; vitae partem degebat haud dubie in aula Attalica et principis fortasse inter magistros fuit; scripsit praeter alia multa *ὥρους Κυζικηνῶν*, quos citat Athenaeus[42]).

---

27) cf. C. J. Gr. II pag. 194.
28) cf. Suid. s. v. *Ποτ. Ἀλεξανδρεύς* et Diog. L. I, 21.
29) cf. F. H. Gr. IV, 515.
30) *Βακχικὰ ἔπη* eiusdem Theolyti confundas nolim cum annalibus; *ἔπη* fuerunt sine dubio carmen, annales oratione pedestri scripti. cf. Weichert l. l. pag. 258.
31) XI p. 470c.
32) cf. F. H. Gr. IV p. 442.
33) Ad Iliad. XVII, 37 pag. 1093, 58.
34) VI, 267a.
35) F. H. Gr. IV. 371.
36) VII 361e.
37) cf. F. H. Gr. IV pag. 341 et Vossius de Hist. Gr. pag 405 ed. Westerm.
38) Hist. Anim. XII, 28.
39) F. H. Gr. IV, 428.
40) VII, 297e.
41) F, H. Gr. III, 2. 42) IV, 175d.

Decimus quartus et ultimus ὥρων scriptor est Aristophanes Boeotus [43]), cuius Βοιωτικὰ nihil aliud significant nisi ὥρους Θηβαίων [44]), ut Charonis opus ὧροι Λαμψακηνῶν nuncupatum est περὶ Λαμψάκου [45]); de aetate Aristophanis ac vita nihil traditum est.

Postquam haec de horographis dixi, tertius mihi examinandus est titulus apud Suidam, quem ego alteram esse partem operis inscripti: ὧροι Λαμψακηνῶν contendi. Apud Suidam scriptum extat: πρυτάνεις ἢ ἄρχοντες οἱ τῶν Λακεδαιμονίων, et primum de hoc novo mihi atque corrupto titulo pauca dicenda sunt; descripsisse perhibetur Charon Lampsacenus Lacedaemoniorum magistratus, qui πρυτάνεις vel ἄρχοντες appellantur! quid? Charon Lacedaemoniorum magistratus enumeravit? Miror Suidam, miror ceteros omnes hunc errorem tutantes, hanc rem non primo obtutu perspexisse, miror in tota Graecia e tot rerum scriptoribus neminem nisi Charonem extitisse, qui magistratus Lacedaemoniorum describere susceperit, miror Charonem remotissimum a Lacedaemoniorum civitate nullam aliam Asiae vel Graeciae urbem dignam habuisse, cuius annales i. e. annuos magistratus enumeraverit, nisi Lacedaemonem! nam si scripsisset annales, unde hauserit, quae scriberet, plane non intellego; nonne antiquis illis temporibus Spartani sese secludebant a ceterorum Graecorum commercio secundum Lycurgi leges ac disciplinam, nonne iure nostro miraremur, quomodo factum esset, ut Charon, homo peregrinus, de Spartanis magistratibus ita instructus esse posset, ut historiam eorum ederet, quamvis brevissimam, ut nomina singulorum annuorum magistratuum et cuiusque regnandi tempus sciret. Sane Muellerus [46]) dicit, Charonem nomina et res memorabiles sub singulorum regnis gestas sine dubio e παλαιοτάταις illis ἀναγραφαῖς repetivisse, sed mihi, quomodo hoc factum sit, non liquet; nam Charonem neque ut Herodotum multos annos peregrinatum esse apud externas nationes, ut res gestas colligeret, neque eum Spartae unquam fuisse, ut e publicis catalogis nomina regum disceret, nobis traditum est. Quare cum probari nequeat, Lampsacenum in itineribus Lacedaemonem venisse et, ut regum res gestas memorabiles per-

---

43) F. H. Gr. IV, 337.

44) cf. Steph. B, s. v. Ἀντικονδυλεῖς. οἱ ἐν Βοιωτίᾳ Κολοίφρυγες ὡς Ἀριστοφάνης ὁ τοὺς Θηβαίους ὥρους γεγραφώς.

45) Diversam ab hac sententiam profert Muellerus IV pag. 338, qui vocem ὅρους hoc loco in ὥρους mutandam esse negat, cum causa, cur mutetur, idonea non subsit.

46) F. H. Gr. I pag. XVIII.

ciperet, *ἀναγραφὰς* illas adiisse, quas religiosissime observatas esse ab ephoris concludere debemus, annales Lacedaemonios compositos esse a Charone negandum est, cum aliunde fontes non haberet e quibus hauriret. Quod si probatum est, nemo non intelleget, Suidae locum depravatum esse ea de causa, quod iam in duobus prioribus titulis, (*περὶ Λαμψάκου* et *ὧροι Λαμψακηνῶν*) de Lampsacenis magistratibus agebatur, quare ab homine quodam stulto vox *Λαμψακηνῶν* mutabatur in *Λακεδαιμονίων*, nisi Suidas ipse hanc lectionem in fontibus scriptam reperit. Totum vero titulum *πρυτάνεις ἢ ἄρχοντες κτλ.* intellego ineptam et insulsam circumscriptionem titulorum *περὶ Λαμψάκου* et *ὧροι Λαμψακηνῶν*, quod in parte operis de magistratibus praecipue sermo erat; verba *ἢ ἄρχοντες* uncis secludenda esse censeo, quod vocem *πρυτάνεις* declarant et propterea addita sunt ab eodem, qui *Λαμψακηνῶν* in *Λακεδαιμονίων* mutaverat. Postremo Westermanni verba audienda sunt et respicienda [47]): „Haec quoque corrupta esse puto; non enim apud Lacedaemonias erant, quod sciam prytanes sive archontes, qui potius Jonicus videtur esse magistratus. Quid igitur si hoc quoque opus ad urbem Charonis natalem spectabat atque inscriptum erat *πρυτάνεις (ἢ ἄρχοντες) οἱ τῶν Λαμψακηνῶν*?" Titulus quoque *πρυτάνεις (ἢ ἄρχοντες) Λακεδαιμονίων* adversatur sensui, quia in annalibus annuorum magistratuum res memorabiles traditae erant i. e. magistratuum, qui unum tantum annum summum imperium tenebant et post annum transactum dignitatem deponentes in alios, qui idem annui essent magistratus, transferebant, quare in annalibus sub singulis magistratibus annuae res memorabiles scripto signatae erant, Lacedaemoniorum vero imperium non tenebant annui magistratus, non *πρυτάνεις* vel *ἄρχοντες*, sed reges, quorum potestas non annua erat sed perpetua usque ad obitum cuiusque regis; reges vero non *πρυτάνεις* vel *ἄρχοντες* sunt appellandi, quare in hoc depravato titulo minime cogitandum est de historia sive enumeratione regum Spartanorum, sed de historia Lampsacenorum magistratuum, qui *πρυτάνεις* fuerunt annua dignitate, annuo imperio. Fortasse opus Charonis de patria urbe ita dispositum erat, ut tres partes haberet, quarum prima, *περὶ Λαμψάκου*, duobus libris ad ethnographiam et geographiam, altera, *ὧροι Λαμψακηνῶν*, quattuor libris ad historiam pertinebat, tertia pars, *πρυτάνεις κτε*, in qua singulorum magistratuum regnandi tempus significatum erat, addita erat tabulae chronologicae instar una cum singulorum

---

47) not. 63 ad Suid. verba *πρυτάνεις* in Vossii Hist. Gr. ed. Westerm.

magistratuum nominibus enumeratis; e duabus prioribus partibus fragmenta adhuc extant, tabula chronologica periit iniuria temporum. Quod Muellerus dicit, Hellenica et annales Lampsacenos unum idemque opus fuisse, plane abhorreo ab hac sententia propterea, quod in annalibus Charon non tam universam Graeciam quam Asiae minoris praecipue eas regiones respexit, quae a Graecis occupatae erant; descriptae autem erant sine dubio illae maxime civitates et urbes, quae circum Lampsacum circumiacebant et cum urbe ipsa quodammodo coniunctae erant; Lampsaci vero historiam inde ab origine usque ad Charonis aetatem, populorum deinde illorum, qui Pityusam urbem et Bebryciam regionem tenebant, descriptionem, denique earum Jonicarum coloniarum, quae ante Lampsaci fundationem deductae erant a Milesiis, enumerationem male Hellenica appellasset Charon, optime annales Lampsacenos appellavit, quod Lampsacum urbem praecipue descripsit et in enarrandis rebus Lampsacenis finitimarum quoque nationum et urbium, quoad conveniebat, historiam inseruit, id quod probatur fragmentis. Quare Charonem non de universa Graecia sed de Lampsacenis eorumque finitimis populis cogitantem *ὥρους* scripsisse, non vero *Ἑλληνικά*, verisimillimum esse censeo, nam quod ad sensum attinet, hi tituli plane diversi sunt; pertinet enim ille, ut ita dicam, ad specialem historiam, quia Lampsacum tantum urbem spectat, hic ad universalem, quia titulum Hellenica legentes de rebus Graecis universis cogitare debemus. Ex his, quae iam dixi, intellectum puto, tres illos diversos titulos sed simillimos inter sese apud Suidam unum idemque opus significare, et praetermittenda mihi est subtilis quaestio illa, in qua iam sudarunt docti, num fragmenta, quae extant, huic alterive operi sint tribuenda. Atque primum quidem de urbe Lampsaco, quae hodie Lepseck vocatur, disserendum mihi est. Memoratur haec urbs apud Hecataeum, Charonem, Scylacem, Herodotum, Thucydidem, Strabonem, Ptolemaeum, Plinium. Lampsacum nominata est urbs a Cicerone et Pomponio Mela[48]. Condita a Phocaeis ad Hellespontum sita a Strabone[49] sic describitur: „*Καὶ ἡ Λάμψακος δ'ἐπὶ θαλάσσῃ πόλις ἐστιν εὐλίμενος καὶ ἀξιόλογος συμμενοῦσα καλῶς ὥσπερ καὶ ἡ Ἄβυδος· διέχει δ'αὐτῆς ὅσον ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Πιτύουσα καθάπερ καὶ τὴν Χίον φασίν*[50]." De origine variae traduntur fabulae; Phocaei,

48) Cic. in Verr. l, 24. Pomp. Mel. de situ orbis l, 19. 1.

49) XIII, 589.

50) Salaminem insulam item Pityusam vocatam esse testatur Strabo XI, 394.

cum coloniam ducere vellent oraculum consulentes, quo potissimum iter facerent, iussi sunt ibi sedes capessere, ubi primum fulsisset[51]). In Etym. M. s. v. *Λάμψακος* scripta haec reperiuntur: „*ὅτι τοῖς Λαμψακηνοῖς χρησμὸς ἐδόθη ὅπου ἂν αὐτοῖς λάμψῃ ἐκεῖ πόλιν κτίσαι. ἀστραπῆς οὖν γενομένης εἶδον τὸν τόπον καὶ ἔκτισαν τὴν πόλιν Λάμψακον ταύτην προσαγορεύσαντες καὶ τοὺς πολεμοῦντας βαρβάρους λόχον ποιήσαντες διὰ τῆς ἀστραπῆς ἰδόντες κατέκαυσαν.*" Secundum aliam traditionem Lampsacus nomen acceperat a Phocaeo quodam Lampsaco, qui inter conditores fuerat, ut scriptum est apud Melam in observationibus Isaaci Vossii[52]): Grammaticus vero anonymus quidam penes me ita habet: „*Λάμψακος ὑπὸ Λαμψάκου τοῦ Φωκέως συνῳκίσθη.*" Tertia de origine sive nomine urbis sententia exhibetur apud Stephanum Byzantium s. v. *Λάμψακος*: „*Λάμψακος πόλις κατὰ τὴν Προποντίδα ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης· ἔστι δὲ Φωκαέων κτίσμα πάλαι Πιτυοῦσα λεγομένη ὡς Δηΐοχος ὁ Κυζικηνός . . . . ἔστι δὲ εὔοινος . . . . . . Δημοσθένης διὰ τὸ εὔοινον καὶ Πριάπου κτίσμα ταύτην φησὶν τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Διονύσου.*[53])" Hanc sententiam Charonem amplexum esse videmus: Lampsacum nomen accepisse a Lampsace puella, Mandronis filia, de qua narratio perhibetur apud Plutarchum de mulierum virtutibus sive *γυναικῶν ἀρεταί*[54]). Charonis vero haec: „*Καὶ τὴν Λαμψάκην ἐξ ἀῤῥωστίας ἀποθανοῦσαν ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει* (scil. *Πιτυούσῃ*) *μεγαλοπρεπῶς καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς Λάμψακον προσεγόρευσαν.*" Secundum Epaphroditum[55]) apud Stephanum urbis nomen Pityusa ductum esse ferebatur ex laeto pinuum in his regionibus proventu, quam sententiam Homerus amplexus esse videtur Epaphrodito auctore. Stephani vero haec s. v. *Λάμψακος*: „*Ἐπαφρόδιτος δὲ Πιτύειαν ὑφ' Ὁμήρου ταύτην κληθῆναι διὰ τὸ πιτύων ἔχειν πλῆθος Λαομεδοντίαν καλουμένην.*" Nomen ergo acceperat a pinuum saltibus, quibus ora Propontidis circa Lampsacum abundabat, nominum vero varietas multiplex est, ut *Πιτύα, Πιτύεια, Πιτύουσα, Πιτύουσσα, Πιτυόεσσα*[56]). Apollonii Rhodii scholiastes de origine Lampsaci urbis haec memorat[57]):

51) Melae haec sunt verba 1, 19, 1.

52) 1 cap. 19 pag. 99.

53) Excerpta sunt haec verba e Demosthenis Bithyni urbium originibus (*κτίσεις*) fragm. 14 cf. F. H. Gr. IV, 386.

54) Tom. II, 2 pag. 45 ed. Wyttenb.

55) Epaphroditus clarus primo post Chr. saeculo, qui Homeri et Pindari carmina, Hesiodi scutum et Callimachi *αἴτια* commentatus est. cf. Schoell Gr. L. Gesch II pag. 553 et Etym. M. s. v.

56) Plura notata invenies apud Wasseum ad Thucyd. VI, 59; cf. Thucyd. de b. Pel. libb. VIII, ed. Poppo I, 2 pag. 435, 6. — 57) I, 933.

Πιτύειαν δὲ τὴν Λάμψακον λέγει διὰ τὸ τὸν Φρίξον ἐκεῖ θησαυρὸν καταλιπεῖν τὸν δὴ θησαυρὸν πιτῦγιν (πιτύην) ὑπὸ Θρακῶν καλεῖσθαι. Πιτύεια ἐκλήθη ἡ πόλις· μέμνηται καὶ Ὅμηρος ταύτης· καὶ Πιτύειαν εἶχον." Duplex igitur est sententia de urbis nomine Pityusae, altera ducta, ut iam dixi, e pinuum saltibus, altera e thesauro, quem Phrixus ibi occultasse ferebatur. Quod ad nomen Pityusam attinet, hoc loco non praetermittenda est narratio Herodotea, [58]) quae haud parvi momenti videtur esse ad urbis nomen declarandum. Lampsaceni Miltiadem, qui eos adortus erat, ceperant. Croesus, Lydorum rex, Miltiadem dimittere iusserat eos additis verbis, ni fecissent, se eos *πίτυος τρόπον ἐκτρίψειν*. Lampsacenis haesitantibus, cur pinum potius dixisset, quam reliquarum quamlibet arborem, senex ita interpretatus est Croesi verba, ut pinum unam solamque omnium arborum caesam nunquam denuo ex iisdem radicibus pullulare declararet, (*ὅτι πίτυς μούνη πάντων δενδρέων ἐκκοπεῖσα βλαστὸν οὐδένα μετίει, ἀλλὰ πανώλεθρος ἐξαπόλλυται.*) Falsam vero hanc interpretationem esse docet Gellius, qui id ipsum de quavis arbore verius dici declarat, falsam esse Creuzerus quoque et veram adhuc latere dicit [59]) Cum in proverbio *πίτυος τρόπον ἐκτρίβειν* apud nonnullos scriptores *πεύκης τρόπον* scriptum sit, disceptatur ab eruditis, utrum *πίτυς* pinum, *πεύκη* piceam, an utraque vox eandem significet arborem [60]). Schweighaeuserus cum Salmasio consentit statuente voces *πίτυν* et *πεύκην* haud discrepare praesertim cum passim commutentur. Utut est, de utraque arbore truncata et abscissa nunquam denuo pullutante gravissima extant testimonia, e quibus dilucide apparet, senem illum Lampsacenum verum (*τὸ ἐόν*) dixisse. Primum Plinii verba audienda sunt [61]): „cupressi, piceae, cedrae; hae enim detracto cacumine aut ignibus adusto intereunt"; deinde Theophrasti [62]): *„ἣν δὲ καλοῦσιν ἐπικοπὴν τῶν δένδρων μόνον πεύκης, ἐλάτης, πίτυος, φοίνικος· οἱ δὲ καὶ κέδρον καὶ κυπαρίττον φασίν. Ταῦτα γὰρ ἐὰν περιαιρεθῇ τὴν κόμην καὶ ἄνωθεν ἐπικοπῇ τὸ ἄκρον φθείρεται πάντα καὶ οὐ βλαστάνει;*" et porro [63]) *„περὶ δὲ τῆς ἐπικοπῆς καὶ τῆς κολούσεως ἐν ὀλίγοις ἡ σκέψις. ὀλίγα γὰρ τὰ φθειρόμενα κατὰ μὲν τὴν ἐπικοπὴν ἐλάτη, πεύκη, πίτυς, φοῖνιξ·*

58) VI, 37.
59) pag. 109 not. 12.
60) cf. P. Wessel. ad Herod. VI, 37 not. 84 pag. 454.
61) XVII, 24.
62) *περὶ φυτῶν ἱστορία* V, 16, 1.
63) *αἴτια φυτικά* V, 17, 3.

ἔνιοι δὲ καὶ κέδρον καὶ κυπάριττόν φασιν. Καλοῦσι δ'ἐπικοπὴν ὅταν ἀφαιρεθείσης τῆς κόμης ἐπικόψῃ τὸ ἄκρον [64]. Lampsacenum senem verissime et sagacissime Croesi minas explicasse nemo non videbit, nam his verbis Croesum cogitasse de vetere urbis nomine manifestum est, aeque atque eum dicere voluisse, se Lampsacenos radicitus cum stirpe deleturum, ut pinus funditus perit atque emoritur cacumine et ramis abscissis vel adustis; nam pinus caesa e trunco vel e radicibus iisdem nunquam gignit novam prolem, sed propagatur semine, quod continetur in conis pinuum. Quod attinet ad Bentleii sententiam, Herodotum hoc dictum invenisse et Croeso tribuisse, plane reiicienda mihi videtur esse cum Creuzero [65], quod Herodotus, si hoc dictum Croeso affinxisset, ipsam fabulam finxisse dicendus esset, et de Lampsacenis ex ambiguitate minarum [66] animo fluctuantibus, et de sermone inter eos instituto, et de senis sagacitate et prudentia; verendum cum Creuzero, ne, si qualia ab historico profecta creduntur figmenta ingenii vel mendacia potius, magna pars historiae tollatur. Bentleii vero in refutando adversario Boyleo [67] cupiditatem tantam fuisse, ut a veritate aberraret, iure Creuzerus monet [68]. Artemidori [69] tandem verba a Creuzero adducta ad explicandum Croesi dictum, examinanda propono: „πίτυς καὶ στρόβιλοι . . . . . τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν ἀηδίας καὶ φυγῆς εἰσὶ σημαντικὰ διὰ τὸ φιλέρημον.“ Creuzerus significatam his verbis vult esse veterum sententiam de pinuum infelicitate, cuius memor Croesus minatus sit. Cui iudicio, quamquam haud ineptum est, tamen praeferendum esse puto id, quod iam in medium protuli, meum.

Restat, ut ad ipsa annalium Lampsacenorum fragmenta accedam explicanda, quae sparsa reperiuntur apud Strabonem, Plutarchum, Polyaenum, Athenaeum, Apollon. Rhod. scholiasten, Photium.

Primum e Lampsacenorum annalibus fragmentum scri-

---

64) cf. Henr. Steph. s. v. ἐπικοπή; est incisio, accisio, praecisio ea scil., qua arborum extremae partes deputantur, quam decacuminationem Plinius appellat; κόλουσις est detruncatio, φλοιοῦ περιαίρεσις decorticatio.

65) pag. 108 not. 12.

66) Similiter ambiguas minas minatus est Dionysius Syracusanorum Tyrannus Locrensibus, ni fecissent, quod imperaret, eorum cicadas canturas humi. Demetrius περὶ ἑρμηνείας. cf. Aelian. Var. Hist. VI, τὸ δαιμόνιον παραχρῆμα ἐκτρίβον τυράννους πίτυος δίκην.

67) Cf. R. Bentleii responsio ad C. Boyleum de πίτυος τρ. ἐκτρ. pag. 95 ed. Gron. in Dissert. ad epistol. Phalaridis Themistoclis etc.

68) pag. 109 not. 12.

69) Onirocrit. II cap. 25 Lips. 1805 pag. 183 ed. Reiff.

ptum extat apud Strabonem in Geographicis XIII, 873, quo loco agitur de finibus Troadis; describuntur hoc loco termini huius regionis et adhibentur a Strabone Homeri, Eudoxi [70]), Damastis [71]), Charonis, Scylacis [72]) testimonia, quorum suum quisque habet iudicium. Verba haec: „*Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς τριακοσίους ἄλλους ἀφαιρεῖ σταδίους ἀπὸ Πρακτίου* [73]) *ἀρχόμενος· τοσοῦτοι γάρ εἰσιν ἀπὸ Παρίου* [74]) *εἰς Πράκτιον· ἕως μέντοι Ἀδραμυττίου πρόεισι· Σκύλαξ δὲ ὁ Καρυανδεὺς ἀπὸ Ἀβύδου ἄρχεται κ.τ.ἑ.* E tanta sententiarum varietate in constituendis terminis Troadis regionis Charonis Lampsaceni iudicium praeponere videtur Strabo ceterorum opinionibus, quare verisimillimum est, verba haec ex annalibus Lampsacenis excerpta esse a Strabone, et quid nos impedit, quominus, quae habemus a Strabone alias notata de Troadis finibus, ea ex opere Charonis existimemus delibata? Omnes enim praeter Homerum vetustate superat Charon, qui prius, quam reliqui hanc regionem, quia finitima erat agro Lampsaceno, accuratius descripsit. Apud Plutarchum de mulierum virtutibus praeclara est narratio de Lampsace virgine, Mandronis filia, e qua Pityusam urbem Lampsacum appellatam esse iam diximus; eiusdem Lampsaces puellae historia exhibetur apud Polyaenum VIII, 37, qui tamen fontem, unde hauserit, nuncupare omisit et paulisper a Plutarcho discedit, adhibuisse vero videtur in re narranda ipsum Plutarchum, ut Wyttenbachius docet in praefat. ad Plut. Mor. pag. XLI. Plutarchi vero haec [75]): „*Ἐκ Φωκαίας τοῦ Κοδριδῶν γένους ἦσαν ἀδελφοὶ δίδυμοι Φόβος* [76])

---

70) Eudoxus Cnidius vixit ol. 131 anno 254 a. Chr. *γῆς περίοδον* confecit, a Strabone saepenumero citatur. cf. Nikolai Gr. Lit. Gesch. II, 203.

71) Damastes Sigeensis Hellanici discipulus *Τρωικῶν* conscriptor. cf. Nikolai Gr. L. Gesch. I, 258.

72) Scylax Caryandeus vixit ol. 107 anno 349 a. Chr. scripsit *Περίπλουν τῆς οἰκουμένης*, diversus est a Scylace in Aristotel. Polit. VII, 14 *ἐν Ἰνδικοῖς* citato.

73) Practius fluvius in Hellespontum influens a Strabone sic describitur XIII, 883: „*ὁ δὲ Πράκτιος ποταμὸς μέν ἐστιν, πόλις οὐχ εὑρίσκεται ὥς τινες ἐνόμισαν· ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος μεταξὺ Ἀβύδου καὶ Λαμψάκου.*“ Plura affert Mannert: Geographie der Römer VI, 3 pag. 516.

74) Parium urbs, ad mare sita, condita a Milesiis, Pariis insulanis, Erythraeis. Strabonis haec XIII, 880: „*Ἔστι δὲ καὶ τὸ Πάριον πόλις ἐπὶ θαλάττῃ λιμένα ἔχουσα μείζω τῆς Πριάπου καὶ ηὐξημένη γε ἐκ ταύτης . . . . . κτίσμα δ' ἐστὶν τὸ Πάριον Μιλησίων καὶ Ἐρυθραίων καὶ Παρίων.*“ Parii conditi mentio quoque fit apud eundem Strabonem X, 745: „*ὑπὸ δὲ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος καὶ Πάριον ἐν τῇ Προποντίδι πόλις.*“ Steph. B. s. v. „*Πάριον πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ κληθεῖσα ἀπὸ Παρίου τοῦ Ἰάσωνος.*“

75) Tom. II, 2 pag. 45 ed. Wyttenb.

76) Apud Plutarchum *Φόβος* scriptum extat, apud Polyaenum *Φόξος*, quod nomen tamen e priore derivandum esse Casaubonus monet.

καὶ Βλέψος ὢν ὁ Φόβος ἀπὸ τῶν Λευκάδων πετρῶν πρῶτος ἀφῆκεν ἑαυτὸν εἰς θάλασσαν, ὡς Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστόρηκεν· ἔχων δὲ δύναμιν καὶ βασιλικὸν ἀξίωμα, παρέπλευσεν εἰς Πάριον ἰδίων ἕνεκα πραγμάτων. καὶ γενόμενος φίλος καὶ ξένος Μάνδρωνι βασιλεύοντι Βεβρύκων [77]) *τῶν Πιτυοεσσηνῶν προσαγορευομένων, ἐβοήθησε καὶ συνεπολέμησεν αὐτοῖς ὑπὸ τῶν προσοίκων ἐνοχλουμένοις. Ὁ δὲ*

---

77) Bebrycum duos populos fuisse scimus e Steph. B.: „*Βεβρύκων ἔθνη δύο τὸ μὲν πρὸς τῷ Πόντῳ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὸ δὲ παρὰ τοῖς Ἴβηρσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ περὶ δὲ τῆς ἐν Ἀσίᾳ διάφοροι γεγόνασι δόξαι ὅτι ἀπὸ Βέβρυκος ἢ ἀπὸ Βεβρύκης.*“ Bebryciam Bithyniam esse nos docet J. F. Vaillant in Achaemenid. imp. Tom. II pag. 295 seqq. his verbis: „Bebrycia est Bithynia, quae diversis nominibus appellata est; olim Cronia, deinde Thessalis, postea Mariandyne, (Plin V, 32) Bithynia et Bebrycia vocata est. (Serv. ad Aeneid. VII, 373.) Graeci Thraces existimant, qui cum Rheso militarunt ad Jlium duce nocturnis insidiis per Diomedem sublato, quemadmodum canit Homerus, secessisse ad os Ponti, qua traiectus est in Thraciam brevissimus et partim, quod carerent navibus, ibi mansisse, dixisse regionem Bebryciam, partim traiecisse supra Byzantium, ubi Thraces Bithyni habitabant iuxta Bithyam fluvium, unde fame pulsos revertisse in Bebryciam et nomine mutato eam vocasse Bithyniam a fluvio, quem reliquerant; plura vid. apud Vaillant. l. l. Bebrycum rex Amycus *πυκτινῶν ἱμάντων* inventor perhibetur a Clement. Alex. in Strom. II pag. 64 ed. Dind. (I, 363 Pott) his verbis: „*Ἄμυκος δὲ ὁ Βεβρύκων βασιλεὺς ἱμάντας πυκτινοὺς πρῶτος εὗρεν.*“ Caestu Argonautas provocavit, sed sternitur a Polluce; describitur hoc certamen in Apoll Rhod Argonaut. II, 1—98. Amyci pugnae cum Polluce mentio quoque fit in Appollod. biblioth. lib. I, 9 pag. 120 in F. H. Gr. vol. I.: „*Ἀπὸ δὲ Μυσίας ἀπῆλθον* (scil. *οἱ Ἀργοναῦται*) *εἰς τὴν Βεβρύκων γῆν ἧς ἐβασίλευσεν Ἄμυκος Ποσειδῶνος παῖς καὶ Βιθυνίδος. γενναῖος δὲ ὢν οὗτος τοὺς προσχόντας ξένους ἠνάγκαζε πυκτεύειν καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνῄρει. Παραγενόμενος οὖν καὶ τότε ἐπὶ τὴν Ἀργὼ τὸν ἄριστον αὐτῶν εἰς πυγμὴν προὐκαλεῖτο· Πολυδεύκης δὲ ὑποσχόμενος πυκτεύειν πρὸς αὐτὸν πλήξας κατὰ τὸν αὐχένα ἀπέκτεινεν.*“ Eiusdem Amyci cum Polluce pugnae et interitus regis commemoratio est in Orphicis inde a versu 661 e recens. Godofr. Hermanni. Amycum alii caesum alii vinctum a Polluce tradiderunt, ut est in schol. Ap. Argon. II, 98: „*Ἀπολλώνιος μὲν ἐμφαίνει ὡς ἀνῃρημένον τὸν Ἄμυκον· Ἐπίχαρμος δὲ καὶ Πείσανδρός φασιν ὅτι ἔδησεν αὐτὸν ὁ Πολυδεύκης, Δηίοχος δὲ ἐν πρώτῳ περὶ Κυζίκου καταπυκτευθῆναί φησιν αὐτὸν ὑπὸ Πολυδεύκους.*“ Amyci fratrem Amygdonem iam necaverat Hercules, qui auxilium ferebat Lyco, Mariandynorum regi, quem bello agressus erat Amycus; gesta haec memorantur ante Argonautarum adventum. Amyci imperium describitur in schol. ad Ap. Rhod. Argon. II, 1 e cod. Parisino: „*Ἄμυκος ἐβασίλευσε Βεβρύκων τῆς Βιθυνίας τά τε ἄλλα καὶ τὰ παραθαλάσσια κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον κατέχων. κατῴκησαν δέ τινες τῶν Βεβρύκων καὶ περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἔφεσον καὶ Μαγνησίαν τόπους.*“ Charonem Argonauticas quoque res attigisse ex Apollon. schol. loco verisimillimum videtur esse, ut Creuzeri est iudicium pag 113 not. 13. Amycus fuit titulus comoediae Epicharmi; Homero Bebryces non notos fuisse Strabo nos docet XII pag. 832: „*καὶ Παφλαγόνας μὲν καὶ Φρύγας καὶ Μυσούς, Μαριανδυνοὺς δ᾽ οὐ οὐδὲ Θυνοὺς οὐδὲ Βιθυνοὺς οὐδὲ Βέβρυκας* (scil. *ὀνομάζει.*)“ De Bebrycibus cf. Eustath. comment. ad. Dion. Perieg. vers. 805 ed. Bernh. eiusque notat. II pag. 747.

Μάνδρων ἄλλην τε πολλὴν ἐνεδείξατο τῷ Φόβῳ φιλοφροσύνην ἀποπλέοντι καὶ μέρος τῆς τε χώρας καὶ τῆς πόλεως ὑπισχνεῖτο δώσειν, εἰ βούλοιτο Φωκαεῖς ἔχων ἐποίκους εἰς τὴν Πιτυόεσσαν ἀφικέσθαι. Πείσας οὖν τοὺς πολίτας ὁ Φόβος ἐξέπεμψε τὸν ἀδελφὸν ἄγοντα [78]) τοὺς ἐποίκους. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῦ Μάνδρωνος ὑπῆρχεν αὐτοῖς ὥσπερ προσεδόκησαν· ὠφελείας δὲ μεγάλας καὶ λάφυρα καὶ λείας ἀπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων λαμβάνοντες, ἐπίφθονοι τὸ πρῶτον, εἶτα καὶ φοβεροὶ τοῖς Βέβρυξιν ἦσαν. Ἐπιθυμοῦντες οὖν αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι, τὸν μὲν Μάνδρωνα χρηστὸν ὄντα καὶ δίκαιον ἄνδρα περὶ τοὺς Ἕλληνας οὐκ ἔπεισαν· ἀποδημήσαντος δὲ ἐκείνου, παρεσκευάζοντο τοὺς Φωκαεῖς δόλῳ διαφθεῖραι. Τοῦ δὲ Μάνδρωνος ἡ θυγάτηρ Λαμψάκη, παρθένος οὖσα, τὴν ἐπιβουλὴν προέγνω, καὶ πρῶτον μὲν ἐπεχείρει τοὺς φίλους καὶ οἰκείους ἀποτρέπειν, καὶ διδάσκειν ὡς ἔργον δεινὸν καὶ ἀσεβὲς ἐγχειροῦσι πράττειν, εὐεργέτας καὶ συμμάχους ἄνδρας, νῦν δὲ καὶ πολίτας, ἀποκτιννύντες· ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, τοῖς Ἕλλησι ἔφρασε κρύφα τὰ πραττόμενα, καὶ παρεκελεύσατο φυλάττεσθαι. Οἱ δέ, θυσίαν τινὰ παρασκευασάμενοι καὶ θοίνην, ἐξεκαλέσαντο τοὺς Πιτυοεσσηνοὺς εἰς τὸ προάστειον· αὐτοὺς δὲ διελόντες δίχα, τοῖς μὲν τὰ τείχη κατελάβοντο, τοῖς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνεῖλον. Οὕτω δὴ τὴν πόλιν κατασχόντες, τόν τε Μάνδρωνα μετεπέμποντο συμβασιλεύειν τοῖς παρ' αὐτῶν κελεύοντες· καὶ τὴν Λαμψάκην ἐξ ἀρρωστίας ἀποθανοῦσαν, ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει μεγαλοπρεπῶς, καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς Λάμψακον προσηγόρευσαν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μάνδρων, προδοσίας ὑποψίαν φεύγων, τὸ μὲν οἰκεῖν μετ' αὐτῶν παρῃτήσατο, παῖδας δὲ τῶν τεθνηκότων καὶ γυναῖκας ἠξίωσε κομίσασθαι· καὶ ταῦτα προθύμως οὐδὲν ἀδικήσαντες ἐξέπεμψαν, καὶ τῇ Λαμψάκῃ πρότερον ἡρωικὰς τιμὰς ἀποδιδόντας, ὕστερον ὡς τῷ θεῷ θύειν ἐψηφίσαντο· καὶ διατελοῦσιν οὕτω θύοντες.“ Codridarum e genere orti Phobus et Blepsus, gemelli fratres, Phocaeenses. Phobus, cum Parium urbem se contulisset, amicus et hospes factus Mandronis Bebrycum Pityoessensium regis, auxilium ei tulit adversus hostes vicinos. Proficiscenti Phobo praeter dona ei oblata partem agri et urbis se daturum pollicitus est, si coloniam Phocaeensium Pityoessam duxisset. Phobus

[78]) Neque illud praetermittendum est monente Creuzero, quod Plutarchus narrat a Phobo gemellum fratrem missum esse, ut colonos Phocaeenses in Bebryciam regionem deduceret; repertus enim est Lampsacenorum numus caput iuvenile gestans, quam significationem incertam esse dicit Eckhel in Doctr. num. vet. II, 1 pag. 457; sed spectare hunc numum acute videt Creuzerus fratres geminos, qui conditores fuerint Lampsaci urbis, quam fundatam esse Eusebius tradit ol. XXXI.

fratrem geminum Blepsum misit cum colonia. Sed Phocaeenses, cum praeda et spoliis et opibus potiti essent e Bebrycum hostibus finitimis, primum invisi, deinde terrori fuerunt Bebrycibus; quare, ut iis liberarentur, dolo eos necare voluerunt absente Mandrone. Sed hoc non passa est Lampsace Mandronis filia, quae, cum populares ab impia et prava agendi ratione avertere non posset, quid molirentur Bebryces, aperuit Graecis, quo factum est, ut Bebryces a Phocaeensibus ad epulas vocati trucidarentur. Mandro accitus, ut una cum Phocaeensibus regnaret, cum iis habitare noluit, a Lampsace vero e morbo mortua, quae primum heroicorum honorum particeps, postea pro dea colebatur, Pityoessa urbs Lampsacus appellata est.

Progrediamur nunc ad Polyaeni strategemata, in quibus celeberrimus e Charonis annalibus Lampsacenis locus servatus est; reperitur libro VI, 24 et spectat ad insignem Lampsacenorum civium astutiam, qua agri Lampsaceni limites protulerunt, verba autem haec sunt: „*Λαμψακηνοὶ καὶ Παριανοὶ, περὶ γῆς ὁρίων ἀμφισβητοῦντες, συνέθεντο, ἡνίκα ὄρνιθες ᾄδωσι πρῶτοι, πέμψειν ἄνδρας ἐξ ἑκατέρας πόλεως ἐς ἀλλήλους· ὅπου ἂν οἱ πεμφθέντες ἀπαντήσωσιν, τοῦτον ἀμφοτέροις ὅρον τῆς γῆς γενέσθαι· ἐπειδὴ ταῦτα ἔδοξεν, οἱ Λαμψακηνοὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις θαλασσουργῶν ἔπεισαν τινὰς, ὅταν ἴδωσιν τοὺς Παριανοὺς παρίοντας, ἰχθῦς ἀφθόνως ἐπιβάλλειν τῷ πυρὶ, καὶ οἶνον πολὺν ἐπισπένδειν ὡς Ποσειδῶνι θύοντας, καὶ παρακαλεῖν αὐτοὺς μετ' εὐφημίας τιμῆσαι τὸν θεὸν, σπονδῶν κοινωνήσαντες· οἱ μὲν ἁλιεῖς* . . . . (*ταῦτ' ἐποίησαν* sic explet lacunam Casaub.) *Οἱ δὲ πεισθέντες τοῖς ἁλιεῦσι συνήσθιον καὶ συνέπινον τὸ σπουδεῖον τῆς πορείας ἀνέντες. Λαμψακηνοὶ δὲ συντείναντες ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον φθάσαντες ἦλθον· τοῦτο δὲ Παρίου*[79] *μὲν ἀπέχει στάδια ο', Λαμψάκου δὲ σ', τοσαύτην γῆν ἐπέτεμον τῇ τέχνῃ Λαμψακηνοὶ Παριανῶν, μεθόριον συστη-*

[79]) De Pario urbe iam verba feci; quod ad numos huius urbis attinet, modo Cererem exhibent, quae fuit mater Parii herois, modo Parium, urbis conditorem, filium Cereris et Jasonis, modo aram ignitam, Hermocreontis celebre opus, de qua Eustathius: „*ᾄδεται γοῦν καὶ Παριανὸς βωμὸς ἐπὶ μεγέθει*"; Straboni laudatur X, 746 et XIII, 879. Porro gestant numi Cereris caput spicis coronatum, vel spicam, Bacchi caput vel nudum vel hedera coronatum, vel uvam, vel Bacchum cum thyrso, cum diota. Neptunum celebratum fuisse Lampsacenis inde apparet, quod in fragmento Polyaeni sermo est de piscatoribus, qui sacra facerent Neptuno; numi quoque Pariani habent equum marinum, sed sine dubio maxime celebrabatur a Lampsacenis, quia eorum regio abundabat pinuum saltibus, pinus autem sacra est Neptuno; venit mihi in mentem illud Schilleri in poemate inscripto; „Die Kraniche des Ibykus": „Und in Poseidons Fichtenhain tritt er mit frommem Schauder ein."

σάμενοι τὸ Ἑρμαῖον [80]).“ Rixabantur inter sese Lampsaceni et Pariani de constituendis limitibus, quam rixam, ut componerent, convenerunt, ut primo gallicinio ex utraque urbe viri mitterentur, Lampsaceni ad Parianos, Pariani ad Lampsacenos; quo loco sibi obviam fierent, ibi utriusque regionis et Lampsacenae et Parianae limitem fore pacti sunt. Lampsaceni piscatoribus eius regionis, per quam missi sunt viri, persuaserant, ut pisces in igne torrentes et vinum libantes se Neptuno sacra facere simularent et praetereuntes Parianos invitarent ad epulas et communem libationem. Pariani decepti simulato hospitio, inter epulandum et potandum remittebant corpora ex itineris molestiis, Lampsaceni iter festinantes priores ad Hermaeum venerunt, quod abest a Pario septuaginta a Lampsaco ducenta stadia. Tantum soli per fallaciam ademerunt Lampsaceni Parianis, et fines constituti sunt in Hermaeo. Quod ad fragmentum ipsum attinet, quaeritur, num ex annalibus Lampsacenis delibatum sit ad verba; versatur sane in agro Lampsaceno litis tota narratio, et quod Charon annales Lampsacenos composuit, de nullo alio nisi Charone ipso auctore nobis cogitandum est, sed utrum Polyaenus ipsum Charonem legerit, an rixae historiam compilaverit ex alio quodam scriptore, adhuc disceptandum est. Potuit sane Creuzero monente Polyaenus Charonem vel ipse manibus tractasse vel certe aliquem scriptorem compilasse, qui illum suis ipse manibus tractaverit, sed pro comperto non habemus. Mea quidem sententia Charonem huius narrationis auctorem fuisse verisimile est, quod nomen eius citatur et quod alter non extat, cui tribuamus; iisdem vero verbis ex annalibus sumpta esse non potest sed sensu tantum. Quod auctorem non appellavit Polyaenus, mirum non debet esse, quod Lampsaces puellae quoque praeclarum facinus commemoravit, omisso fonte, unde hauserit. Quod Creuzerus dicit, totius orationis colorem et indolem antiquissimi scriptoris ingenium referre, vereor, ut probetur eruditis, nam primum Jonica dialectus desideratur in narratione, deinde non satis dignum videtur esse facinus Lampsacenorum, quod posteris tradatur; abhorret enim eiusmodi per fraudem facta ampliatio agri Lampsaceni ab antiquissimae aetatis indole. Utcunque res se habet, abiudicandum esse non audeo dicere Charoni hoc fragmentum, quia, cui tribuamus, non habemus alterum auctorem. Etsi

---

80) Etym. M. „*Ἑρμαῖον τὸν σωρὸν τῶν λίθων καὶ συνόλως τοὺς ἐνοδίους λίθους· λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Ξάνθος ὅτι ἀποκτείναντος Ἑρμοῦ τὸν Ἄργον καὶ δίκας εἰσπραττομένου καὶ ὑπέχοντος ἐν τοῖς θεοῖς διὰ τὸ πρῶτον ἀνθρώπειον φόνον τοὺς λοιποὺς ἀφοσιουμένους τὸ ἄγος καὶ ἀπολύοντας τοῦ φόνου προσβάλλειν αὐτῷ τὴν ψῆφον· ὅθεν διαμένειν ἔτι καὶ νῦν.*“

Charonem a Plutarcho lectitatum esse Creuzerus contendit, non tamen sequitur inde, ut Polyaenus idem fuerit diligentissimus lector, licet historiam de Lampsace puella tradiderit, cuius e Plutarcho ipso maximam partem mutuatus est.

Transeo nunc ad duo, quae in Athenaei libris leguntur, fragmenta, quaeque pertinent ad annales Lampsacenos; alterum continetur lib. XI, 475b: „*Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τοῖς ὥροις παρὰ Λακεδαιμονίοις φησὶν ἔτι καὶ εἰς αὐτὸν δείκνυσθαι τὸ δέπας τὸ δοθὲν Ἀλκμήνῃ ὑπὸ Διὸς, ὅτε Ἀμφιτρύωνι εἰκάσθῃ.*“ Spectat hoc fragmentum sine dubio ad res sacras, quarum in Charonis annalibus mentionem factam esse videmus, sed magnam prae se fert difficultatem huius fragmenti explicatio propterea, quod Athenaei locus mendose traditus est. Primus Meinekius in Anal. crit. ad Athenaeum pag. 219 huius loci pravitatem perspexit dicens: „permirum sibi videri poculum Alcmenae datum a Jove apud Lacedaemonios servatum tradi; subesse errorem sive Athenaei sive librariorum commissum et pro *παρὰ Λακεδαιμονίοις* scribendum *παρὰ Θηβαίοις*.“ Sed hac coniectura adhibita, locus nondum sanatus est, nam vocem *Λακεδαιμονίοις* cum voce *Θηβαίοις* commutatam esse negari quidem nequit, sed ista commutatio verisimilis non est artis palaeographicae ratione habita. Creuzeri sententiam, quam Muellerus[81]) secutus est, poculum Alcmenae memoratum esse non in annalibus, sed in opere, cui titulus est *πρυτάνεις ἢ ἄρχοντες κτέ.* caducam esse inde apparet, quod pro *Λακεδαιμονίων* legendum esse censeo cum Schaefero[82]) *Λαμψακηνῶν,* et quod *πρυτάνεις κτλ.* partem esse operis *ὥρων* contendi. Nam Alcmenen neque Lampsaci neque Lacedaemone cultam esse pro certo habemus, nec intellegi potest, cur poculum Spartae servatum sit; sed memorari sane potuit in annalibus Lampsacenis, in quibus non solum Lampsacenorum sed etiam exterarum regionum res sacras descriptas fuisse, acute monet Schaeferus. Quare si statuimus, legendum esse *πρυτάνεις* . . . . non *Λακεδαιμονίων,* sed *Λαμψακηνῶν,* et hoc titulo significari partem operis: *ὧροι Λαμψακηνῶν*, hoc negari non potest, loci corruptelam quaerendam esse in verbis *παρὰ Λακεδαιμονίοις.* Alcmene, ut iam dixi, nec Lampsaci nec Lacedaemone, sed in Boeotia maxime culta est, ad Thebas et Haliartum; Thebis Alcmenen Rhadamanthi uxorem, quam Mercurius Jovis iussu furatus erat, honoratam esse elucet e fragmento Pherecydis apud Antonium Liberalem[83]): „*Ζεὺς δὲ*

81) l, pag. 35.
82) cf. Philologus XXVI, 194.
83) cf. Mueller F. H. Gr. l, pag. 82 frm. 39.

Ἑρμῆν πέμπει κελεύων Ἀλκμήνην ἐκκλέψαι καὶ ἀπενεγκεῖν εἰς μακάρων νήσους καὶ δοῦναι Ῥαδαμάνθυι γυναῖκα. Ἑρμῆς δὲ πεισθεὶς Ἀλκμήνην ἐκκλέπτει· λίθον δ' ἀντ' αὐτῆς ἐντίθησιν εἰς τὴν σορόν· οἱ δ' Ἡρακλεῖδαι . . . . εὗρον ἀντὶ τῆς Ἀλκμήνης λίθον καὶ αὐτὸν ἐξελόντες ἔστησαν ἐν τῷ ἄλσει ὅθιπέρ ἐστιν τὸ ἡρῷον τὸ τῆς Ἀλκμήνης ἐν Θήβαις. Accedit Diodori Siculi locus [84]), in quo item Thebis Alcmenen cultam esse his verbis narratur: „Ἀλκμήνη δ' εἰς Θήβας καταστήσασα καὶ μετὰ ταῦτα ἄφαντος γενομένη τιμῶν ἰσοθέων ἔτυχε παρὰ τοῖς Θηβαίοις." Ex his, quae iam dixi, intellectum puto, cur Meinekius pro παρὰ „Λακεδαιμονίοις" legendum esse censuerit παρὰ „Θηβαίοις" Verisimillima licet haec coniectura sit, tamen accipi non potest, praesertim cum, quam Schaeferus adhibuit, eam firmissimam et probatissimam esse manifestum sit; sed videamus accuratius eam, quam Schaeferus protulit argumentationem [85]). Prope Haliartum „ait", Rhadamanthys habitabat, prope Haliartum sepulcra Rhadamanthi et Alcmenes conspiciebantur, ut est in Plutarchi Lysandro [86]): „Οἱ δὲ Κρήσσιοι στύρακες οὐ πρόσω περιπεφύκασιν· ἃ τεκμήρια τῆς Ῥαδαμάνθυος αὐτόθι κατοικήσεως Ἁλιάρτιοι ποιοῦνται καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσιν Ἀλεᾶ καλοῦντες· ἔστι δὲ καὶ τὸ τῆς Ἀλκμήνης μνημεῖον [87]) ἐγγύς· ἐν ταῦτα γὰρ ὥς φασιν ἐκηδεύθη συνοικήσασα Ῥαδαμάνθυι μετὰ τὴν Ἀμφιτρύωνος τελευτήν." Porro audiendus est Apollodorus in Biblioth. [88]), qui haec habet tradita de Rhadamantho et Alcmene: „ἔγημε δὲ καὶ Ἀλκμήνην μετὰ τὸν Ἀμφιτρύωνος θάνατον Διὸς παῖς Ῥαδαμάνθυς· κατῴκει δὲ ἐν Ὠκαλείᾳ τῆς Βοιωτίας πεφευγώς." Secundum Stephanum Byzantium Ocalea sita erat prope Haliartum; accuratius Ocaleae situs

84) IV, 58.

85) In tota hac argumentatione Schaeferum secutus sum. cf. Philol. XXVI, 194 seqq.

86) cap. 28.

87) Alcmenes sepulcrum ab Agesilao apertum et spoliatum est. (cf. Plut. de gen. Socrat. 5.) Agesilaus ad Haliartum progressus, Alcmenae, cuius e stirpe ortus erat, sepulcrum, quod ibi erat, aperiri et ossa Lacedaemonem ferri iussit. Aperto tumulo praeter alia tabula inventa est, quam Agesilaus ad sacerdotes Aegyptios interpretandam misit; admonebantur autem in tubula Graeci, ut bello desistentes pace et otio fruerentur. Sed paulo post Copaidis lacus fluctibus totus circa Ocaleam et Haliartum ager devastatur quod μήνιμα esse laecti tumuli declarantes incolae impetrarunt, ut sepulcrum restitueretur et libationibus piisque votis nuncupandis numinis ira placaretur.

88) II 4, 11, 8 cf. F. H. Gr. I pag. 135.

describitur a Strabone [89]): „ἡ δ' Ὠκαλέη μέση Ἁλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενίου ἑκατέρου τριάκοντα σταδίους ἀπέχουσα“, et additis verbis τῆς δὲ Θηβαίας καὶ τοῦτο λέγεται κτέ. significari vult, hanc regionem ab aliis agro Thebano, ab aliis Haliartio adsignari. His igitur regionibus et locis Alcmene praecipue colebatur, his locis sanctissime reliquiae eius asservabantur. Prae ceteris Alalcomenium [90]) vetustate et auctoritate superabat omnia delubra ac templa, quae circa lacum Copaidem circumiacebant; Alalcomenii Alalcomeneus primus homo natus, Alalcomenii Minerva nata et ab Alalcomeno alta est, stabat eius ibi templum celeberrimum, Alalcomenii Alcmenae poculum [91]) sine dubio servabatur et monstrabatur, quia his in

---

89) IX, 410. Thomae de Pinedo annotat. ad Stephan. B. pag. 1294: ἔστι δὲ πρὸς τῇ Ἁλίᾳ (scil. Ὠκαλέᾳ) legendum π. τ. Ἁλιάρτῳ, ut patet e Strabone.

90) De Alalcomeno primo homine, et Alalcomenio urbe vel Alalcomenis hi reperiuntur loci: Steph. B. „Ἀλαλκομένιον πόλις Βοιωτίας ἀπὸ τοῦ Ἀλαλκομενέως ὃς καὶ ἵδρυσε τὴν Ἀθηνᾶν Ἀλαλκομενηίδα“ (cf. Preller Griech. Mythol. I, 153 ed. III.) Pindar. apud Origenem refut. Haeres V, 7 ed. Miller pag 96: χαλεπὸν δέ φησιν ἐξευρεῖν εἴτε Βοιωτοῖσιν Ἀλαλκομενεὺς λίμνας ὑπὲρ Καφισίδος πρῶτος ἀνθρώπων ἀνέσχεν εἴτε Κουρῆτες ἔσαν Ἰδαῖοι, θεῖον γένος etc. (sic enim legendum est pro ἢ σανίδαι οἱ θεῖον γένος.) Pausan. IX, 33: „Ἀλαλκομεναὶ δὲ κώμη μέν ἐστιν οὐ μεγάλη . . . . . . γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομα οἱ μὲν ἀπὸ Ἀλαλκομενέως ἀνδρὸς αὐτόχθονος (ὑπὸ τούτου δὲ Ἀθηνᾶν τραφῆναι λέγουσιν).“ Strabo X, 636.: „Ἀλαλκομενῶν τοίνυν μέμνηται ὁ ποιητὴς ἀλλ' οὐκ ἐν καταλόγῳ.

„Ἥρη τ' Ἀργείη καὶ Ἀλαλκομενηὶς Ἀθήνη.“

ἔχει δ' ἀρχαῖον ἱερὸν Ἀθηνᾶς σφόδρα τιμώμενον καί φασί γε τὴν θεὸν γεγενῆσθαι ἐνθάδε καθάπερ καὶ τὴν Ἥραν ἐν Ἄργει κτέ.“

91) Quod ad ἀναθήματα sive donaria in fanorum penetralibus reposita attinet, quibus praeter cetera antiquissimi Graecorum rerum scriptores ἀναθημάτων curiosi indagatores utebantur ad rerum gestarum aetatem cognoscendam, Polemonis operum valde dolenda est iactura; (de Polem. cf. F. H. Gr. III, 108 seqq et Polemonis Periegetae Fragm. collegit etc. L. Preller Lips. 1838.) composuerat enim librum de donariis celeberrimarum urbium et scripserat περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων. Polemonem, ait Creuzerus pag. 128, not. 20, sine dubio excerpsisse Charonem; si vero reputamus, Charonem nunquam de antiquitatibus Lacedaemoniorum scribendis cogitasse, parum nos iuvat, Polemonem scripsisse περὶ τῶν ἐν Λ. ἀναθημάτων, sed cum constituerimus, Charonem scripsisse πὰρ' Ἀλαλκομενίοις poculum monstrari Alcmenae, nonne iure concludere debemus in Boeoticis (περὶ τῶν Θήβησιν Ἡρακλείων) sive in descriptione Jlii et urbium Ponticarum et Cariae Charonis Lampsaceni annales a Polemone adhibitos esse, ita ut locum de Alcmenae poculo excerperet. Atque verisimillimum est, Polemonem Lampsacenorum res sacras religiosissime indagasse et descripsisse, quia Jliensis propter vicinitatem optime instructus esse poterat de Charonis operibus et de rebus in iis tractatis. Si Magnae sive Jdaeae matris, si Priapi cultum his in regionibus vulgatissimum respicimus, facile intellegemus, Polemoni omnes has res sacras notissimas fuisse et propter rerum vetustatem et propter nobilitatem religionum, quibus Lampsacenos

regionibus Alcmene maxime celebrabatur; quare ego sagacissimae Schaeferi coniecturae totus adstipulor et scribendum propono: *Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τοῖς ὥροις παρ' Ἀλαλκομενίοις*: Charon Lampsacenus in annalibus narrat: apud Alalcomenios monstrari poculum Alcmenes seqq.

Alterum apud Athenaeum, quod extat fragmentum ex annalibus Charonis, legitur libro XII, 520. Describitur Onaris Bisaltarum ducis dolus et astutia, qua Cardianos devicerit. Puer in Cardiam venditus, Cardianos equos ad tibiam saltare docentes viderat, reversus in Bisaltiam bello petiit Cardianos et in fugam convertit. Cardianae enim tibicinis, quam mercatus erat, opera multos tibia canere edocuit, quos proelio commisso eos maxime modos inflare tibiae iussit, ad quos Cardianorum equi assueti erant saltare. Equi tibiarum concentu percepto in posterioribus pedibus stantes, veluti ad saltationem conversi, aciem perturbarunt, omne autem Cardianorum robur positum erat in equitatu; hac spe ad irritum redacta superati sunt Cardiani. Athenaei verba haec: „*Τὰ ὅμοια ἱστόρησε καὶ περὶ Καρδιανῶν ὁ Λαμψακηνὸς Χάρων ἐν δευτέρῳ ὥρων γράφων οὕτως· Βισάλται εἰς Καρδίην ἐστρατεύσαντο καὶ ἐνίκησαν· ἡγεμὼν δὲ τῶν Βισαλτέων ἦν Ὄναρις· οὗτος δὲ παῖς ὤν, ἐν τῇ Καρδίῃ ἐπράθη, καί τινι Καρδιηνῷ δουλεύσας, κορσωτεὺς ἐγένετο. Καρδιηνοῖς δὲ λόγιον ἦν, ὡς Βισάλται ἀπίξονται ἐπ' αὐτοὺς καὶ πυκνὰ περὶ τούτου διελέγοντο ἐν*

omnino Asiae minoris incolas deditissimos fuisse constat. Jure igitur Creuzerus dolet Polemonis opera deperdita (pag. 128 not. 28), quia sine dubio, si servata essent, sciremus, in quonam Charonis libro de Alcmenae poculo mentio facta fuerit. Quod ad genus poculi attinet, carchesium erat; describitur ab Athenaeo XI, 474f: „*ἀρχαιότατόν ἐστι ποτήριον τὸ καρχήσιον εἴγε ὁ Ζεὺς ὁμιλήσας Ἀλκμήνῃ ἔδωκε δῶρον αὐτὸ τῆς μίξεως ὡς Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ ἱστορεῖ.*“ (cf. F. H. Gr. 1 pag. 77.) Macrobii de carchesio haec sunt verba V, 21: „Est autem carchesium poculum Graecis tantummodo notum. Meminit eius Pherecydes seqq.“ Jn Polemonis Jliensis fragmento apud Athenaeum XI pag. 479f (cf. F. H. Gr. III, pag. 121 frgm. 20) *καρχήσια δύο ἀργυρᾶ* commemorantur. Carchesii formam descriptam esse a Boettigero: in dem archäologischen Museum pag, 94 Creuzerus dicit, cuius libelli inspiciendi potestas mihi non oblata est. Comparatur carchesium a Creuzero cum poculo Laconico fictili, quod *κώθων* appellatur et quod a Polluce in Onomast. commemoratur VI, 16: „*τοῦ δὲ κώθωνος αἱ ἑκατέρωθεν πλευραὶ ὥσπερ καὶ τῆς χύτρας ἄμβωνες καλοῦνται.*“ Praeterea nominatur apud eundem Pollucem inter vasa fictilia VII 33, inter pocula et potatoria vasa X, 66; usus *κώθωνος* describitur X, 30; apud Hesychium est *μονωτὸν ποτήριον κεράμειον*, apud Suidam *εἶδος ποτηρίου Λακωνικοῦ μονώτου* (i. e. quod unam ansam habet). A Xenophonte in inst. Cyri 1, 2, 8 adscribitur *κώθων* Persarum pueris: „*φέρονται* (scil. *παῖδες*) . . . . *πιεῖν δὲ ἤν τις διψῇ κώθωνα ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι.* Jure Creuzerus not. 20 dicit, Xenophontem *λακωνίζειν*, quod in depingendis educationis praeceptis et rationibus Lacedaemoniorum instituta et mores transtulerit inepte ad Persas.

τῷ κορσωτηρίῳ ἱζάνοντες· καὶ ἀποδρὰς ἐκ τῆς Καρδίης [92]) εἰς τὴν πατρίδα, τοὺς Βισάλτας ἔστειλεν ἐπὶ τοὺς Καρδιηνοὺς, ἀποδειχθεὶς ἡγεμὼν ὑπὸ τῶν Βισαλτέων. Οἱ δὲ Καρδιηνοὶ πάντες τοὺς ἵππους ἐδίδαξαν ἐν τοῖς συμποσίοις ὀρχεῖσθαι ὑπὸ τῶν αὐλῶν· καὶ ἐπὶ τῶν ὀπισθίων ποδῶν ἱστάμενοι, τοῖς προσθίοις ὠρχοῦντο ἐξεπιστάμενοι τὰ αὐλήματα. Ταῦτα οὖν ἐπιστάμενος Ὄναρις ἐκτήσατο ἐκ τῆς Καρδίης αὐλητρίδα καὶ ἀφικομένη ἡ αὐλητρὶς εἰς τοὺς Βισάλτας, ἐδίδαξε πολλοὺς αὐλητάς· μεθ' ὧν δὴ καὶ στρατεύεται ἐπὶ τὴν Καρδίην. Καὶ ἐπειδὴ ἡ μάχη συνειστήκει, ἐκέλευσεν αὐλεῖν τὰ αὐλήματα, ὅσα οἱ ἵπποι τῶν Καρδιηνῶν ἐξεπιστaίατο [93])· καὶ ἐπεὶ ἤκουσαν οἱ ἵπποι τοῦ αὐλοῦ, ἔστησαν ἐπὶ τῶν ὀπισθίων ποδῶν, καὶ πρὸς ὀρχησμὸν ἐτράποντο· τῶν δὲ Καρδιηνῶν ἡ ἰσχὺς ἐν τῇ ἵππῳ ἦν· καὶ οὕτως ἐνικήθησαν. Sed Bisaltae et Cardiani sunt Thraciae populi et mirum videtur esse, quomodo in annalibus Lampsacenis, qui Lampsacum urbem spectabant, de Thraciae gentibus sermo esse potuerit. Duplicem esse causam Creuzerus ait [94]): primum neminem nescire, quam arcte contineantur utriusque continentis historiae Asiae minoris praesertim illius orae, quae Ponto et Propontide alluitur et Thraciae Chersonesique quoties huius regionis barbari incursionibus petierint finitima Asiae imprimis Mysiae; apud Strabonem [95]) legimus multa nomina Thracibus cum Troibus communia fuisse: „πολλαὶ δ' ὁμωνυμίαι Θρᾳξὶν καὶ Τρωσὶν οἷον Σκαιοὶ Θρᾷκές τινες καὶ Σκαιὸς ποταμὸς καὶ Σκαιὸν τεῖχος καὶ ἐν Τροίᾳ Σκαιαὶ πύλαι· Ξάνθιοι Θρᾷκες Ξάνθος ποταμὸς ἐν Τροίᾳ· Ἄρισβος ὁ ἐμβάλλων εἰς τὸν Ἕβρον, Ἀρίσβη ἐν Τροίᾳ Ῥῆσος ποταμὸς ἐν Τροίᾳ Ῥῆσος δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν Θρακῶν." Idem Strabo [96]) Phryges Europam habitantes in Asiam transiisse narrat Xantho Lydo auctore: „Ὁ μὲν γὰρ Ξανθὸς ὁ Λυδὸς μετὰ τὰ Τρωικά φησιν ἐλθεῖν τοὺς Φρύγας ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν ἀριστερῶν τοῦ Πόντου· ἀγαγεῖν δ' αὐτοὺς Σκαμάνδριον" κτέ. Porro si Strabonis verbis fidem habemus, non solum Phryges vel

92) Cardia urbs a Milesiis condita in intimo sinus Melanes recessu a Miltiade post ampliata beneque munita moenibus inde usque ad Propontidem auctis, quae Chersonesum intercluderent. Floruit illa inter Chersonesi urbes usque ad Lysimachum, qui Cardianorum urbe eversa, pro ea Lysimachiam in hoc Thraciae isthmo condidit. Baehrii haec sunt notata ad Herod. lib. VI, 33.

93) Quod ad Jonicas huius fragmentii formas et ad res grammaticas attinet, consulas Creuzeri notas pag. 118 not. 16.

94) pag. 118.

95) XIII pag. 883.

96) XIV pag. 999.

Briges sed etiam alias gentes Thraciam relinquentes in Asiae minoris regiones migrasse constat, ut idem Strabo dicit[97]): „*Καὶ αὐτοὶ δ'οἱ Φρύγες Βρίγες*[98]) *εἰσὶ Θρᾴκιόν τι ἔθνος καθάπερ καὶ Μυγδόνες καὶ Βέβρυκες καὶ Μαιδοβιθυνοὶ καὶ Βιθυνοὶ καὶ Θῦνοι, δοκῶ δὲ καὶ τοὺς Μαρυανδυνοὺς οὗτοι μὲν οὖν τελέως ἐκλελοίπασι πάντες τὴν Εὐρώπην*“ *κτέ.* Omnes vero has gentes posterioribus temporibus Asiae minoris regiones tenere scimus. Iure igitur suo Creuzerus historiam utriusque continentis arcte coniunctam esse contendit, nam, quae gentes Charonis aetate vel paulo ante circa Lampsacum sedes habebant, eae olim Thraciae Europaeque regiones tenuerant; quare non est alienum, cur Charon in describendis Asiae minoris populis Thraciae quoque gentium memor fuerit in annalibus condendis, nam singularum gentium historiae origo et initium quaerendum erat in Thracia. At altera quoque causa, a Creuzero prolata, cur Charon in annalibus Thraciae gentes attigerit examinanda et probanda est: ut monstravimus, multas gentes e Thracia in Asiam minorem transmigrasse indeque historiam utriusque continentis arctissime coniunctam esse, ita statuere debemus, Asiae minoris incolas in Thraciam quoque transgressos esse ibique sedes capessivisse; sic Cardia a Milesiis primum et Clazomeniis condebatur et Cardiani erant Milesiorum et Clazomeniorum coloni. Ad originem et nomen Cardiae urbis spectant Stephani Byzantii verba s. v. *Καρδία*: „*πόλις τῆς ἐν Θρᾴκῃ Χεῤῥονήσου Ἑρμοχάρους δὲ τοῦ κτίστου θύοντος κόρακα τὴν καρδίαν ἁρπάσαντα καὶ ἀναπτάντα εἰς τόνδε τὸν χῶρον ἀφεῖναι καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐκλήθη ἢ ὅτι τῇ Σκυθῶν γλώσσῃ οὕτω κεκλῆσθαι.*“

Inquirendum nobis in aliud Charonis e rebus Lampcacenis fragmentum, quod legimus apud Apollonii Rhodii scholiasten II, 2: „*Χάρων δέ φησι καὶ τὴν Λαμψακηνῶν χώραν πρότερον Βεβρυκίαν καλεῖσθαι ἀπὸ τῶν κατοικησάντων αὐτὴν Βεβρύκων, τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἠφάνισται διὰ τοὺς γενομένους πολέμους.*“ Gerardus Vossius in Historicis Graecis pag. 468 (144 ed. Westerm.) verba haec falso adscribit Charoni iuniori Apollonii familiari. Dubitandum deinde esse Creuzerus monet pag. 115, utrum scholiastae verba fluxerint ex opere *περὶ Λαμψάκου*, an ex opere *ὧροι Λαμψακηνῶν*; quos titulos cum aut partes operis aut idem opus significare demonstraverimus, supervacanea videtur esse huius quaestionis enucleatio, cum

97) Vll pag. 453.

98) Steph. B. s. v. *Βρίγες*: „*ἔθνος Θρᾳκικόν. οἱ δὲ Φρύγες ὡς Μακεδόνες λέγουσιν καλέονται Βρίγες καὶ Βριγία ἡ Τρωική· τουτέστιν ὁ Φρυγία ἀπὸ Βρίγου τοῦ κατοικήσαντος ἐν Μακεδονίᾳ.*“

constet, scholiastae verba scripta fuisse in Charonis annalibus Lampsacenis, quos diversis titulis inscriptos fuisse probavimus. Sed maioris momenti est perquirere cum Creuzero, quid in annalibus traditum fuerit. „Prae ceteris Charonem operam dedisse ait“ describendis oppidis, quae Lampsaceno imperio parerent eorumque originibus rebusque tradendis.“ Continebat Lampsacenus ager urbes Percoten vel Percopen [99]), Colonas [100]), Gergethium [101]), Myrmessum [103]), Abarnim, quod est nomen et urbis et regionis finium Lampsacenorum. Apollonii scholiastae de Abarni haec est narratio [102]): „*Ἄβαρνις δὲ πόλις Ἑλλησπόντου πλησίον Λαμψάκου κληθεῖσα οὕτως ἀπὸ αἰτίας τοιαύτης· Ἀφροδίτη συνεγένετο Διονύσῳ ἐρασθεῖσα αὐτοῦ· ἔπειτα ἀναχωρήσαντος εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἐκείνου, συνεγένετο αὐτῇ Ἀδῶνις· ὕστερον δὲ ἐπανελθόντος Διονύσου στέφανον πλέξασα ἡ Ἀφροδίτη ἔστεψε μὲν αὐτὸν ὑπαντήσασα, ἀκολουθῆσαι δ' οὐκ ἔθελεν αἰδουμένη διὰ τὸ ἤδη γεγαμῆσθαι. Εἰς Λάμψακον δὲ ἀναχωρήσασα ἐβούλετο τεκεῖν τὸν κυοφορούμενον ἐν αὐτῇ παῖδα. Ἥρα δὲ ζηλοτυπήσασα μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ τῆς γαστρὸς ἥψατο καὶ ἐποίησε τεκεῖν παῖδα, τά τε ἄλλα δύσμορφον καὶ αἰδοῖον ἔχοντα ὑπερμέγεθες, ὃν καὶ προσηγόρευσαν Πρίαπον. Ἰδοῦσα δὲ ἡ Ἀφροδίτη οὐκ ἠξίωσεν ἀναλαβέσθαι, τά τε ἄλλα μισήσασα τὸν παῖδα, καὶ διὰ τὸ ἀπρεπὲς τοῦ αἰδοίου. Διὰ οὖν τὸ τὴν Ἀφροδίτην ἀπαρνηθῆναι τὸν παῖδα ἐκεῖ Ἀπαρνὶς ἡ πόλις ἐκλήθη· εἶτα κατὰ μεταποίησιν τοῦ π εἰς τὸ β Ἄβαρνις ὠνομάσθη.* Deformatum Veneris filium Lampsaceni hospitaliter exceperunt et cum eum eximiis honoribus colerent, vini copia abundabat ager Lampsacenus, quare a Strabone regio circa Lampsacum *σφόδρα εὐάμπελος* vocatur. Secundum Theocriti scholiasten [104]) Pria-

99) De urbe Percote vel Percope vide quae Creuzerus affert pag. 115 not. 15.

100) Strabo XIII pag. 882: „*Μιλησίων δ' εἰσὶ καὶ αἱ Κολωναί, αἱ ὑπὲρ Λαμψάκου ἐν τῇ μεσογαίᾳ τῆς Λαμψακηνῆς*; et: *ἐν δὲ τῇ Λαμψακηνῇ τόπος εὐάμπελος Γεργίθιον· ἦν δὲ καὶ πόλις Γέργιθα ἐκ τῶν ἐν τῇ Κυμαίᾳ Γεργίθων . . . . ὅθενπερ ὁ Γεργίθιος ἦν Κεφάλων*“ cf. F. H. Gr. III, 68. Colonis ortus Daes Colonensis Strab. XIII, 615.

101) „*Γέργις πόλις Τροίας ὁ πολίτης Γεργίθιος τὸ θελυκὸν Γεργιθία ἀφ' οὗ Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σίβυλλα ἥτις καὶ τετύπωτο ἐν τῷ νομίσματι τῶν Γεργιθίων αὐτή τε καὶ ἡ σφίγξ ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πρώτῃ*“; haec habet Steph. B. cf. Phlegontis Tralliani fragm. 2 in F. H. Gr. III, pag. 604.

102) Myrmessus urbs prope Lampsacum, ut Polemo, a Steph. B. *Μερμησσός* vocata; plura vid. in Polem. fragm. 33.

103) I, 933.

104) I, 21: „*Τὸν Πρίηπον νύμφης Ναΐδος ἢ Χιόνης καὶ Διονύσου φασὶν υἱὸν ὂν καὶ κτίσαι περὶ Λαμψάκου ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν φασίν. παρ' ἐνίοις δὲ ὁ αὐτός ἐστιν τῷ Διονύσῳ.*“

pus filius fuit Bacchi et Naidis vel Chiones et prope Lampsacum urbem Priapum condidit [105]) et quod deus est fertilitatis pro ipso Baccho colitur, comparatur a Strabone cum diis Atticis Orthane, Conisalo, Tychone, qui erant dii obscenitatis et fertilitatis [106]). Lampsaci celeberrimum fuisse Priapi cultum dilucide apparet e numis huius urbis, quos explicatos esse in Catalogo Musei Arigoniani pag. 64 Creuzerus dicit, cuius inspiciendi mihi non data potestas est; desinit in nonnullis Priapus in hermam vel lapidem quadratum [107]).

Ultimum, quod annalibus Lampsacenis adnumeratur fragmentum, scriptum est apud Photium s. v. *Κυβηβός*: „*ὁ κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, θεοφόρητος· Χάρων δ'ὁ Λαμψακηνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τὴν Ἀφροδίτην ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν Κυβήβην λέγεσθαι.*" Hesychii verba haec sunt s. v. *κυβήβη· ἡ μήτηρ τῶν θεῶν καὶ ἡ Ἀφροδίτη.* Festus scribit: „Cybebe mater, quam dicebant Magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Graeci *κυβηβᾶν* dicunt". Manifestum igitur est, Aphroditen a Phrygibus, Lydis aliisque Asiae minoris gentibus Cybeben vel Cybelen vocatam atque cultam esse, id quod prae ceteris de Lampsacenis firmari potest, quod prope Lampsacum urbem templum fuit Magnae vel Idaeae matris, ut Strabo narrat [108]): „*Οἱ δ'ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων Λαμψάκου δεικνύουσι λόφον ἐφ' ᾧ Μητρὸς ἱερόν ἐστιν ἅγιον Τηρείης ἐπικαλούμενον.*" In Sophoclis Philoctete [109]) Cybebe ita imploratur:

„*Ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διός,*
ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις,
σὲ κἀκεῖ, μᾶτερ πότνι', ἐπηυδώμαν."

Cuius deae ministri cum eunuchi essent, Hipponactis *Λαμψακηνὸς εὐνοῦχος* ad Cybebes sacerdotem castratum pertinere videtur [110]). Iure suo Creuzerus monet [111]), quae per veteres auctores sparsim leguntur de Lampsacenis antiquitatibus, ea hausta esse e Charonis opere, cui titulus est *ὧροι Λαμψακηνῶν.* Ex his annalibus fluxit fortasse id, quod

[105]) Strab. XIII, pag. 879: „*Πρίαπος δ'ἐστὶν πόλις ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμήν. κτίσμα δ'οἱ μὲν Μιλησίων φασίν . . . . ἐπώνυμος δ'ἐστὶ τοῦ Πριάπου τιμωμένου παρ'αὐτοῖς κτέ.*"

[106]) Hortorum deus est, quia in Marmore Gruteriano pag. 95, 3 *κορυνηφόρος, κηποφύλαξ, κλεπτομάστιξ* appellatur; est igitur deus tutelaris hortorum et agrorum, ut Mutuus vel Fascinus apud Romanos.

[107]) Plura qui scire desideret, adeat commentationem de Hermaphroditis a Creuzero pag. 115 not. 15 citatam.

[108]) XIII pag. 881.

[109]) vers. 391 ex rec. G. Dindorfii Lips. 1879.

[110]) Haec est sententia Stiehlei in Philol. VIII, 395 seqq.

[111]) pag. 114.

narratur apud Thucydidem[112]) de Hippoclis Lampsacenorum tyranni filio, cui Archedice Hippiae Pisistratidae filia nupsit. Thucydidis verba haec sunt: „*Ἱππόκλου γοῦν τοῦ Λαμψακηνοῦ τυράννου Αἰαντίδῃ τῷ παιδὶ θυγατέρα ἑαυτοῦ μετὰ ταῦτα Ἀρχεδίκην (Ἀθηναῖος ὢν Λαμψακηνῷ) ἔδωκεν αἰσθανόμενος αὐτοὺς μέγα παρὰ βασιλεῖ Δαρείῳ δύνασθαι· καὶ αὐτῆς σῆμα ἐν Λαμψάκῳ ἐστὶν ἐπίγραμμα ἔχον τόδε·*

Ἀνδρὸς ἀριστεύσαντος ἐν Ἑλλάδι τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ,
Ἱππίου Ἀρχεδίκην ἥδε κέκευθε κόνις,
Ἡ πατρός τε καὶ ἀνδρὸς ἀδελφῶν τ'οὖσα τυράννων,
Παίδων τ'οὐκ ἤρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην.“

Possunt sane haec sumpta esse ex annalibus Lampsacenis sed iustis testimoniis firmari nequit. Atque quod in Aristotelis; ut vulgo dicunt, mirabilibus auscultationibus scriptum extat de fonte aliquo Lampsaceno, in quo mures terrestres vivere tradantur[113]), id scriptum vult fuisse Creuzerus in Charonis annalibus Lampsacenis; at in Antigoni Carystii[114]) cap. 152 haec legimus: „*Τὴν δὲ ἐν Λούσοις κρήνην καθάπερ παρὰ τοῖς Λαμψακηνοῖς ἔχειν ἐν αὐτῇ μῦς ὁμοίους τοῖς κατοικιδίοις ἱστορεῖν δὲ ταῦτα Θεόπομπον (Καλλίμαχός φησιν).*“ Sunt igitur haec non Lampsaceni sed Callimacho teste Theopompi, ut Beckmannus[115]) vidit Creuzerus concessit. Quod tandem ad Anaxagorae philosophi dictum attinet apud Diogenem Laertium traditum, fore ut Lampsaceni montes aliquando undis marinis tegerentur, nisi tempus defecerit, ex eodem Charonis opere delibatum esse potest, sed ipse Creuzerus, cum iusta testimonia non extent, haec verba Artemoni tribuenda esse mavult[116]). Diogenis haec sunt[117]): „*πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα εἰ τὰ ἐν Λαμψάκῳ ὄρη ἔσται πότε θάλαττα φασὶν εἰπεῖν ἐάν γε ὁ χρόνος μὴ ἐπιλίπῃ.*“

§ 8.

Κτίσεις πόλεων.

Quod tandem ad *κτίσεις* attinet Charonis, duobus libris compositas, tria reperiuntur fragmenta, quae certe ad hoc opus

112) VI, 59.

113) Aristotelis in mir. auscult. cap. 125 vol. IV ed. Didot Paris 1857 haec sunt verba: „*Ἐν Λουσοῖς δὲ τῆς Ἀρκαδίας κρήνην εἶναί τινά φησιν ἐν ᾗ χερσαῖοι μύες γίνονται καὶ κολυμβῶσιν τὴν δίαιταν ἐν ἐκείνῃ ποιούμενον λέγεται δ'αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν Λαμψάκῳ εἶναι.*“

114) Antigonus sub Ptolemaeo Philadelpho vixit *ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγὴν* conscripsit et fontibus usus est Aristotelis mirabilibus auscultationibus et similibus Callimachi Timaei aliorum operibus.

115) Mirab. auscult. ed. J. Beckmann Goetting. 1786.

116) pag. 114 not. 14. — 117) II, 14.

pertinent; sane abiudicantur κτίσεις a nonnullis Charoni, quod, quae in iis tradita erant, ea aeque in annalibus narrata esse poterant; sed in explicatione urbium conditarum, ut iure Creuzerus monet, altius ad genealogiam deorum et mythologiam escendebat logographus, ut aperte docent κτίσεων fragmina de Rhoeco occaecato et Arcade Jovis filio. Iam Sevinius dicit: „Je ne seroit pas éloigné de penser que ce passage (i. e. narratio de Rhoeco) de Charon se lisoit dans un ouvrage, où cet auteur expliquoit l'origine des villes de fondation Grecque." Quod attinet ad Gutschmidii sententiam, κτίσεις aptissime Naucratitae Charoni tribui, qui γνώριμος fuerit Apollonii Rhodii, quod κτίσεων scriptores ante Alexandrinam aetatem haud facile invenias, plane reiicienda est, quod plures reperiuntur scriptores ante aetatem Alexandrinam, qui κτίσεις scripserunt, ut Cadmus [1]), qui Μιλήτου κτίσιν, ut Menecrates Elaita [2]), qui Strabone teste περὶ κτίσεων scripsit, ut Dionysius Chalcidensis [3]), qui κτίσεις condidit; si igitur in Charonis

[1]) Sane in proclivi est contendere, Cadmum Μιλήτου καὶ τῆς ὅλης Ἰωνίας κτίσεις scripsisse, quod Dionysius Hal. in Jud. de Thucyd. hist cap. 23 Cadmi opera subditicia appellat et Muellerus in F. H. Gr. II pag. 2 e Clementis Alexandr. Strom. loco VI pag. 267 Cadmi opera e Bionis Proconnesii aliorumque scriptis conflata esse suo iure suspicatur.

[2]) Menecratis Elaitae κτίσεις memorantur apud Strabonem XIII, 621; Xenocratis discipulus fuit atque aequalis Hecataei Milesii, qui eundem Xenocratem magistrum habebat, ut est apud Strabonem XII, 550: „ἐπαινεῖ δὲ μάλιστα (scil. Δημήτριος ὁ Σκήψιος) τὴν Ἑκαταίου Μιλησίου καὶ Μενεκράτους τοῦ Ἐλαΐτου τῶν Ξενοκράτους γνωρίμων ἀνδρὸς δόξαν κτέ." cf. Strab. XII, 572 et F. H. Gr. II, 342. Menecrates Elaita aequalis est Hecataei et fortasse Charonis vetustior, Xenocrates, magister eius, non est discipulus et comes Platonis in Siciliam proficiscentis, sed alius quidam Xenocrates, quem Diog Laert. IV, 2, 15 ἀρχαῖον σφόδρα καὶ συγγενῆ ἅμα καὶ πολίτην τῷ προειρημένῳ φιλοσόφῳ appellat. Errat igitur Muellerus II, pag. 342 dicens, Menecratem discipulum fuisse Xenocratis, qui Speusippo successerit etc., nam hic est Academicus et plane diversus ab Elaitae magistro, multo vetustiore homine, qui floruit ante bellum Peloponnesiacum. Quae si recte sunt disputata, Elaita est idem vetustissimus κτίσεων conditor atque Charon, id quod haud parvi momenti mihi est ad stabiliendam meam et reiiciendam Gutschmidii sententiam.

[3]) Dionysii Chalcidensis, qui Ephoro antiquior est, (cf. F. H. Gr. IV pag. 393 et Schoell. Gr. Lit. Gesch. I. pag. 310.) κτίσεις memorantur apud schol. Appoll. Rhod. IV, 264 et Harpocrationem s. v. Ἡφαιστία et Ἡραῖον τεῖχος. Reliqua vid. apud Muellerum l. l. Pausimachi Samii κτίσεις memorantur apud Plut. Par. min. cap. 6. cf F. H. Gr. IV, pag. 471. Pausimachus refertur a Rufo Avieno in descriptione orae maritimae (v. 45) „Pausimachus inde prisca, quem genuit Samos" Medius autem collocatur inter Scylacem Caryandensem et Damasten Sigeensem, scriptores vetustissimos, Muelleri haec sunt verba. Laudantur deinde Hellanici Lesbii ex Mytilene κτίσεις a Steph. B. s. v. Χαριμάται, ab Athenaeo X pag. 477c, a Strabone X pag. 451; vixit antem Hellanicus ante aetatem Alexandrinam

operum catalogo *κτίσεις* citantur, sine dubio non sunt Naucratitae sed Lampsaceni, quem primum et quidem antiquissimum ex horographorum numero fuisse iam diximus in eorum recensu. Sed iam singula examinemus. Duplex extat narratio de Rhoeco a nympha caecato apud scholiasten Apoll. Rhodii [4]) et in Etym. Magno, cuius auctor haec scribit s. v. *Ἁμαδρυάδες*: „*Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστορεῖ ὡς Ῥοῖκος, δρῦν θεασάμενος ἤδη μέλλουσαν ἐπὶ γῆν καταφέρεσθαι, προσέταξε τοῖς παισὶ ταύτην ὑποστηρίξαι· ἡ δὲ μέλλουσα συμφθείρεσθαι τῇ δρυΐ. νύμφη, ἐπιστᾶσα τῷ Ῥοίκῳ, χάριν μὲν εἰδέναι ἔφασκεν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας, ἐπέτρεπε δὲ αἰτήσασθαι ὅτι βούλοιτο· ὡς δὲ ἐκεῖνος ἠξίου συγγενέσθαι αὐτῇ, ἐπιζήμιον μὲν ἔλεγεν εἶναι τοῦτο, φυλάττεσθαι δ'ὅμως ἑτέρας γυναικὸς ὁμιλίαν· ἔσχον δὲ μεταξὺ αὐτῶν ἄγγελον μέλισσαν· καὶ πότε πεττεύοντος αὐτοῦ περιΐπταται ἡ μέλισσα· πικρότερον δέ τι ἀποφθεγξάμενος, εἰς ὀργὴν ἔτρεψε τὴν νύμφην, ὥστε πηρωθῆναι.* Quod ad nomen Rhoeci attinet, quattuor recensentur homines, quibus inditum erat. Primus fuit Centaurus, qui una cum Hylaeo ab Atalanta, cui vim inferre conati erant, interfectus est. Narratur haec res in Apollodori bibliotheca [5]): „*βιάζεσθαι δὲ αὐτὴν ἐπιχειροῦντες Κένταυροι Ῥοῖκος καὶ Ὑλαῖος κατατοξευθέντες ὑπ' αὐτῆς ἀπέθανον*; et in Aeliani var. historia [6]): „*ἀφῆκε δὲ τὸ βέλος καὶ ἔτυχε τοῦ πρώτου εὐκαίρως· καὶ ὁ μὲν ἔκειτο ἐπῄει δὲ ὁ δεύτερος . . . . ἀπήντησε δ' ἄρα καὶ τούτῳ τιμωρὸς ὁ τῆς κόρης οἰστὸς ὁ ἕτερος.*“ Idem Rhoecus commemoratur in Hymno Callimach in Dianam [7]). In Vergilii Georgicis [8]) uterque Centaurus in cruento Centaurorum et Lapitharum convivio Bacchi manu perit. Alter Rhoecus est Cnidius a nympha excaecatus, memoratur a Charone, a scholiasta Apollonii Rhodii [9]), in Etym. M. s. v. *Ἁμαδρυάδες*, a scholiast. Theocrit. [10]) Tertius est rex

---

i. e. inde ab ol. 74,3 usque ad ol. 95,4 sive ab anno 482—397. cf Muell. F. H. Gr. I pag. XXV. Sane inter opera spuria refert *κτίσεις* sed causas addere oblitus est Muellerus in Add. pag. 636. Jdem Hellanicus scripsit *περὶ Χίου κτίσεως*, ut est in schol. Ambros ad Hom. Odyss *θ'* 294, nisi est pars operis modo laudati vel *Λεσβιακῶν* cf. F. H. Gr. Add. pag. 633. Colophonis et Eleae urbium origines persecutus est Xenophanes Colophonius, ut testatur Diog. Laert. IX, 20: *ἐποίησε δὲ καὶ Κολοφῶνος κτίσιν καὶ τὸν εἰς Ἐλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμὸν ἔπη δισχίλια.*

4) II pag. 477.

5) III 9, 3

6) XIII, 1.

7) vers. 221.

8) II, 435.

9) cf. not. 4.

10) III, 13.

Amathuntis in insula Cypro, qui Atheniensibus hordeum misit, ut est apud Hesychium et Suidam s. v. κριθοπομπία: „Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Ἀμαθουσίων βασιλέα τοῦτον αἰχμάλωτον γενόμενον εἶτα ὑποστρέψαντα πρὸς ἑαυτὸν τῇ πόλει Ἀθηναίων κριθὰς ἐκπέμψαι φησίν." Quartus est Samius, Phileac filius, architectus, Heraei aedificator, qui κολλήσεως inventor fuisse traditur, adducitur a Pausania [11]): „feminae cuiusdam effigies in extremo septo, Rhoeci ea opus est." Omnes vero hi Rhoeci diversi sunt ab iis, qui sub nominibus Rhoetorum per scriptores Latinos reperiuntur. [12]) Utramque narrationem unam eandemque esse probatur et sensu et verbis, quae in utroque textu eadem fere sunt; desunt in schol. Apollon. Rhod. verba ἐπιζήμιον μὲν ἔλεγε εἶναι τοῦτο [13]). Alterum quod extat κτίσεων fragmentum legitur apud Tzetzem, qui haec ad Lycophronis versum 480 adnotavit: „Ἀρκὰς ὁ Διὸς ἢ Ἀπόλλωνος παῖς, καὶ Καλλιστοῦς τῆς Λυκάονος θυγατρὸς, ὥς φησιν Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς κυνηγῶν ἐνέτυχε τινὶ τῶν Ἁμαδρυάδων νυμφῶν, κινδυνευούσῃ καὶ μελλούσῃ φθαρῆναι ὑπὸ χειμάῤῥου τοῦ ποταμοῦ ἐν τῇ δρυΐ, ἐν ᾗ γεγονυῖα ἦν ἡ νύμφη, καὶ ἀνέτρεψε τὸν ποταμὸν, καὶ τὴν γῆν χώματι ὠχύρωσεν· ἡ δὲ νύμφη Προσοπέλεια τὴν κλῆσιν, κατ' Εὔμηλον, συνελθοῦσα αὐτῷ γεννᾷ Ἔλατον καὶ Ἀφείδαντα, ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ Ἀρκάδες, ὥς φησιν καὶ Ἀπολλώνιος. De Callistone fabulae diversae circumferuntur, secundum Charonem, Eumelum, Pausaniam [14]) filia est Lycaonis, Hesiodus eam unam e nymphis, Asius Nyctei, Pherecydes Cetei filiam appellat, ut est in Pherecydis Historiarum lib. IX apud Apollod. in biblioth. II, 8, 2: „Εὔμηλος καί τινες ἕτεροι λέγουσιν, Λυκάονι καὶ θυγατέρα Καλλιστῶ γενέσθαι· Ἡσίοδος μὲν γὰρ αὐτὴν μίαν εἶναι τῶν νυμφῶν λέγει· Ἄσιος δὲ Νυκτέως, Φερεκύδης δὲ Κητέως. Similitudinem quandam habet narratio de Rhoeco et de Arcade Jovis filio; uterque imploratur a nympha Hamadryade, quarum alterius nomen reticetur, alterius Prosopeliae additur, utraque puella

---

11) X, 38, 6.

12) Cf. de hac controversia Ezechielis Spanhemii observationes in Callim. hymn. in Dianam vers 221; Perizonii notata ad Aelian. Var. Hist. lib. XIII, 1 et Heynii observationes ad Apollod. pag. 269.

13) Ad haec Sevinius pag. 73: „L'avis n'est point inutile. Les faveurs des Nymphes devenoient presque toûjours funestes aux mortels qui les obtenoient. Tout commerce avec d'autres femmes leur étoit interdit et il en coûtoit la vûë à ceux qui ne leur gardoient pas une fidélité inviolable. C'est ainsi que fut puni Daphnis qui avoit manqué a ses engagemens avec la nymphe Echenaïs. Voyez Parthenius dans ses Erotiques."

14) VIII, 3.

peritura, alterius quercus in terram casura suffulcitur a filiis Rhoeci, alterius quercus radices a torrentis undis erutas aggere munit Arcas, utraque nympha coit cum servatore, Rhoecus occaecatur, quia, quod promiserat, violavit, Arcas duos filios procreat, e quibus Arcades originem ducunt. Tertium, quod ad *κτίσεις* refertur fragmentum, servavit Photius s. v. *Ὀστακός, οἱ δὲ ἀστακός· καράβου εἶδος· καὶ τὴν πόλιν τὴν Ἄστακον· Ὄστακον Ἴωνες· Καρ' ὤ Χάρων· (καὶ ὁ Χάρων·* corrigit Dobraeus) *Ὄστακος ἐκτίσθη ὑπὸ Χαλκεδονίων.* Astacus urbs Bithyniae, cognomine Olbiae, ad sinum Astacenum sita, postea Nicomedia appellabatur a rege Nicomede, qui eam amplificaverat, condita erat secundum Charonem a Chalcedoniis secundum Strabonem[15]) ab Atheniensibus et Megarensibus: „*ἦν δ'ἐν αὐτῷ τῷ κόλπῳ* (scil. *Ἀστακηνῷ*) *καὶ Ἄστακος πόλις, Μεγαρέων κτίσμα καὶ Ἀθηναίων καὶ μετὰ ταῦτα Δοιδαλσοῦ, ἀφ' ἧς καὶ ὁ κόλπος ὠνομάσθη.*“ Doedalsus sive Daedalsus alter nuncupatur ampliator Astaci urbis et honorabatur ab Astacenis, ut concludere possumus ex inscriptione Nicomediae, in qua Arrianus Daedalsi filius citatur[16]). Pomponio Melae Astacus urbs a solis Megarensibus condita est; quod Charon tradit, Astacum coloniam esse Chalcedoniorum, inde explicari posse videtur, quod Megarenses primum Chalcedonem condiderunt et ab hac nova sede Chalcedonii appellati postea Charone testante Astacum urbem[17]). Sed Eusebius Astacum triginta tres annos ante Chalcedonem conditam esse tradit; Astaci origines cadunt in ol. XVIII, 2 sive annum 707, Chalcedonis in ol. XXVI, 3 sive in annum 674, secundum Memnonem condita est sub initium decimae septimae olympiadis (*ὀλυμπιάδος ἱσταμένης ιζ'*) i. e. ol. XVI, 1, non ut Muellerus dicit ol. XVII, 1, quod esset sub initium olympiadis duodevigesimae[18]). Quare aut Charonem melius instructum fuisse de Astaci urbis originibus aut hoc loco non de primis conditoribus sed de iis dixisse statuere debemus, qui urbem bello accisam ampliaverint et incolis frequentaverint.[19])

---

15) XII pag. 563.
16) C. J. Gr. II, 3779: *Ἀρριανὸς Δοιδαλσοῦ ζήσας ἔτη μη. χαίρετε.*
17) cf. Philol. VIII, 597.
18) cf. Memnonis fragm. apud. Muellerum III, 536.
19) cf. F. H. Gr IV, Addend. pag. 627.

Franciscus Josephus Neumann

de vita sua.

Natus sum idibus Novembribus anni h. s. L in pago Heudorf prope balneas Landecenses in comitatu Glacensi, parentibus humillima et pauperrima condicione vitam degentibus, patre Floriano Fransisco, lignario, matre Maria Josepha e gente Wagneriana; fidei adscriptus sum catholicae; patrem iam octo annos mortuum valde lugeo, matre adhuc superstite gaudeo. Literarum primordiis imbutus adii anni h. s. LXII Gymnasium Glacense quod tum temporis viri illustrissimi Schober et ab anno h. s. LXX Oberdickius regebant, quodque nunc Steinio rectore floret. Testimonio maturitatis instructus me contuli anno h. s. LXXII in Universitatem Viadrinam Vratislaviensem, ut theologiae catholicae studium amplecterer; audivi viros doctissimos Elvenich, Friedlieb, Ginella, Junkmann, Laemmer, Probst, Reifferscheid. Anno h. s. LXXV mense Junio ad Philosophorum ordinem transgressus, philologicis maxime interfui scholis, quas habuerunt viri clarissimi et celeberrimi Drr. M. Hertz, A. Reifferscheid, A. Rossbach; seminarii philologici consessibus interesse mihi non contigit, quamquam per ter sex menses exspectantium numero adscriptus fui. Praeterea frequentavi lectiones virorum doctissimorum Bobertag, Dilthey, Dove, Ludwich, Neumann, Partsch, Pfeiffer, Weber, Weinhold. Omnium horum virorum illustrissimorum bene de me meritorum grato animo memor ero, summopere vero id semper elaborabo, ut, qui Graecarum et Romanarum literarum studia in me foverunt, viris clarissimis amplissimisque Hertzio, Reifferscheidio, Rossbachio tantas, quantas maximas ego possum, agam gratias.

Sentententiae controversae.

I. Herodotum in novem Musarum libris conscribendis Charonis Lampsaceni operibus usum esse negandum est.

II. Hecataei Milesii annus natalis non cadit in annum 549, ut vult Larcherius, sed viginti vel viginti quinque annos post hunc annum.

III. *Κρητικά* et *νόμοι οἱ ὑπὸ Μίνωος τεθέντες,* opera . Suida Charoni Lampsaceno tributa, adulterina sun significantque unum idemque opus.

IV. C. Julium Caesarem et M. Licinium Crassum experte fuisse contendo prioris, quae dicitur, coniurationis Catilinariae.